



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvodlibet. VII. Continet Quæstiones VII. Articulos vero XVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## Q VODLIBET. VII. ART. I.

**F**it, quod omnis influxus sit ratione lucis, nisi lux metaphorice accipiatur pro omni actu, prout omne agens agit in quantum est ens actu, vel hoc potest esse verum in solis corporalibus, in quibus proprius dicitur lux, in quantum scilicet lux corporalis est forma primi corporis agentis scilicet cali, cuius virtute omnia corpora inferiora agunt. Et haec ad pre sens dicta sufficiant.

Finis sexti quodlibeti.

## INCIPIT Q VODLIBET S E P T I M U M.

### Q VAE S T I O P R I M A.

**Q**VAE S T Y M est de tribus.

¶ Primo, Quædam pertinentia ad substantias spirituales.

¶ Secundo, Quædam pertinentia ad sacramentum altaris.

¶ Tertio, Quædam pertinentia ad corpora damnatorum.

¶ Circa substantias spirituales querebatur.

¶ Primo, De cognitione earum.

¶ Secundo, De fruitione animæ Christi tempore passionis.

¶ Tertio, De pluralitate in substantiis spiritualibus inuenta.

¶ Circa primum quærebantur quatuor.

¶ Primo, Vtrum aliquis intellectus creatus possit diuinam essentiam videre immediate.

¶ Secundo, Vtrum intellectus creatus possit simul plura intelligere.

¶ Tertio, Vtrum intellectus angelicus possit intelligere singula.

¶ Quartio, Vtrum notitia, quam Augustinus dicit prole mentis, sit accidentis, vel non.

### ARTICVLVS P R I M V S.

Vtrum aliquis intellectus creatus possit diuinam essentiam immediate videre,

I.P. q. 12. art.  
2. o. & art. 4.  
ad 3. art. 4.  
q. 9. & 4. art.  
49. q. 2. art. 1.  
& 22. q. 175.  
art. 3.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod nullus intellectus creatus possit diuinam essentiam immediate videre. Intellectus enim creatus, cum indifferenter se habeat ad omnia intelligibilia, non potest cognoscere determinate aliquid, nisi per obiectum suum determinetur: sed diuinam essentiam non est obiectum quod possit intellectu determinare, quia est summum in entibus, & maxime generalitatis, & nullo modo determinari. ergo intellectus creatus ipsam videre non potest.

¶ 2 Prae. Ad hoc quod intellectus cognoscat aliquid, oportet quod fiat in actu. Nihil in operatur secundum quod est in potentia, sed secundum quod est in actu: intellectus autem non sit in actu, nisi secundum quod intelligibili informatur. cum ergo essentia diuina non possit per seipsum informare intellectum, ut formaliter faciat ipsum esse in actu, oportet si debet per intellectum cognosci, quod per aliquam sui similitudinem intellectum informet ad hoc quod cognoscatur, & ita non poterit immediate nisi per similitudinem uideri.

¶ 3 Prae. Ad hoc quod intellectus creatus essentiam diuinam uideat, oportet quod per lumen glorie perfriciatur. sed lumen gloriae est medium distans & ab

ipso intellectu, & ab ipsa essentia diuina, quae est beatitudine increata, cum lumen predictum dicatur creature ergo intellectus creatus non potest videre diuinam essentiam immediate.

¶ 4 Prae. Secundum Phil. in 3. de anima. Sicut sensus se habet ad sensibile, ita se habet intellectus ad intelligibile: sed ad hoc quod sensus visus solum obiectum percipiat, duplice medio indiger, clumen, & specie, quae est similitudo rei uisus. ergo hoc idem est necessarium intellectui in visione diuina essentiae, & sic non immediate eam videbit.

SED CONTRA est quod dicit 1. Io. 3. Videbimus eum sicuti est.

¶ 2 Prae. Ad hoc quod intellectus intelligat, nihil aliud uideatur requiri, nisi quod intelligibile fiat in actu, & quod intellectui coniungatur: sed essentia diuina per seipsum est intelligibilis in actu, cum sit immaterialis, intellectui etiam presens est, quia ut dicit Aug. Deus unicuique rei est uicinior, quia ipsa res sibi. ergo intellectus creatus essentiam diuinam poterit immediate videare.

R E S P O N . Dicendum, quod absque dubio tenendum est, quod diuina essentia in patria immediate ab intellectu glorificato uideatur. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod in visione intellectu triplex medium contingit esse. Unum sub quo intellectus uideat, quod disponit eum ad uidentium, & hoc est in nobis lumen intellectus agentis, quod se habet ad intellectum possibilem nostrum, sicut lumen solis ad oculum. Aliud medium est quo uideat, & hoc est species intelligibilis, quia intellectum possibile determinat, & habet se ad intellectum possibile, sicut species lapidis ad oculum. Tertium medium est, in quo aliquid uideri, & hoc est aliqua quæ in cognitione alterius deuenit, sicut effectu uideamus causam, & in uno similius, vel contraria uideretur aliud, & hoc medium se habet ad intellectum sicut speculum adūlū corporalem, in quo oculus aliquam rem uideat. Primum ergo medium & secundum non facit medianum uisionem: immediata enim dicitur aliquis uidere lapidem, quævis eum per speciem eius in oculo receptam, & per lumen uideat, quia virus non fertur in hac media tamquam inutile, sed per hoc media fertur in unam uisibile, quod est extra oculum, sed tertium medium facit uisionem medianam. Virus enim prius fertur in speculum sicut in uisibile, quo mediante accepit speciem rei uisive specie, vel speculo. Similiter intellectus cognoscit causam causato, sicut in ipsum causatum sicut in quoddam intelligibili, ex quo transit in cognitionem causæ. Et quia essentia diuina in statu, uel in effectibus suis cognoscitur, non uideremus causam immediate: vnde in patria, ubi immediate uidetur, tunc medium penitus subtrahetur. Similiter etiam non est ibi medium secundum talique species essentiae diuinae intellectum informans, quia quando aliud uidet immediate per speciem suam, oportet quod species illa representet rem illam secundum copulum esse sua specie, alias non dicitur res illa immediate uideri, sed quedam umbra eius, sicut si similitudo lucis in oculo fieret per modum coloris qui est lux obumbrata. Cum autem omne quod recipitur in aliquo, recipiatur in eo per modum recipientis, impossibile est in intellectu creare similitudinem diuinae essentia recipi, quæcam perfecte secundum rotam suam rationem representetur. Vnde si per aliquam similitudinem talen essentia diuina a nobis uideretur immediata, non uideremus essentiam.

D. 486.  
essentiam diuinam, sed quandam umbrā eius. Restat ergo quod solum primum medium erit in illa uisio ne, scilicet lumen gloriae, quo intellectus perficietur ad uidēdum essentiam diuinam, de quo in psal. 35. In lumine tuo uidebimus lumen. Hoc autem lumen non est necessarium ad hoc quod faciat intelligibile in potestate esse intelligibile in actu, ad quod est nobis necessarium lumen intellectus agentis, quia ipsa diuina essentia cum sit a materia separata, est per se actu intelligibile, sed erit necessarium tantum ad perficiendum intellectum, ad quod etiam nunc lumen intellectus agentis ualeat. Prædictum autem lumen gloriae sufficiens perficiet intellectum, ad uidendum diuinam essentiam, eo quod ipsa essentia diuina totaliter lux intelligibilis est. Vnde lumen gloriae ab ea in intellectu descendens facit respectu diuinæ essentie in intellectu, quod facit respectu aliorum intelligibilium, que non sunt lux tantum, sed species rei intellectus simul & lumen: sicut si lux sensibilis per se existere, ad eius uisum sufficeret lumen oculum perficiens sine aliqua similitudine.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aliquid dicitur determinatum duplicitate. Primo ratione limitatio nis. Alio modo ratione distinctionis. Essentia autem diuina non est quod determinatum primo modo, sed secundo modo, quod forma non limitatur nisi ex hoc quod in alio recipitur, cui materia consumatur. In essentia autem diuina non est ali quod in alio receptum, eo quod esse eius est ipsa diuina natura subsistens, quod in nulla re alia contingit. Nam qualibet res alia habet esse receptum & sic limitatum: & id est quod essentia diuina ab omnibus distinguuntur per hoc, quod est in alio non recipi: sicut si esset aliqua albedo existens non in subiecto, ex hoc ipso distingueretur a qualibet albedine in subiecto existente, quamvis in rōne albedinis non esset recepta, & sic nec limitata. Patet ergo quod essentia diuina non est quod generale in effendo, cum sit ab omnibus aliis distincta, sed solum in causâ, quod id quod est per se, est causa que per se non sunt. Vnde esse per se substantias est causa, est in alio recipi: & ita essentia diuina est intelligibile, quod potest determinare intellectum.

AD SECUNDUM dicendum, quod intellectus creatus fit actu ad uidendum diuinam essentiam gloriae & hoc sufficit, ut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod illud lumen gloriae quavis & ab essentia diuina, & ab intellectu sui differens per essentiam, non tamen facit mediatam visionem, ut ex dictis patet.

AD QUARTUM dicendum, quod sensibilia non sunt lux tantum, & ideo oportet ag hoc quod vitus determinetur ad ea, quod non solum sensibili lumen, sed eti species rei unita. Essentia autem diuina est pure lux, & non requirit aliquam aliam speciem quam ipsum lumen ut videatur, sicut ex dictis patet.

## ARTICULUS II.

Vtrum intellectus creatus possit simul plura intelligere.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod intellectus creatus possit simul plura intelligere. Poterit enim sensitua cum sit materialis, est inferior & magis contracta quam intellectiva: sed sensus potest simul plura sentire, sicut sensus communis simul sentit album & dulce, dum coru difference cognoscit: ergo intellectus multo fortius potest simul plura intelligere.

A ¶ 2 Præt. Plura intelligibilia possunt simul cognosci, inquitum sunt unum: sed omnia intelligibilia sunt unum, inquitum sunt intelligibilia. ergo omnia intelligibilia possunt simul cognosci.

¶ 3 Præt. Sicut se habet intellectus in habitu ad intelligibile in habitu, ita se habet intellectus in actu ad intelligibile in actu. intellectus in habitu simul plura intelligibilia cognoscit in habitu. ergo intellectus in actu simul plura intelligit in actu.

¶ 4 Præt. Ad cognitionem intellectus sufficit species intelligibilis in intellectu existens: sed species intelligibiles non se impediunt, quin simul sint in intellectu, cum non sint contraria. O quod sunt a materia separata, ergo intellectus non impeditur quin possit simul plura intelligere.

¶ 5 Præt. Capacitas intellectus est maior quam cuiuscunque corporis: sed aliquid corpus est, in quo simul possunt plures species etiam contrariorum fieri, sicut patet quod in uno puncto aeris, in quo se intersecent due lineæ directæ a duobus visibilibus ad duos uidentes, est species utrinque visibilis. ergo multo fortius plures species actu possunt simul esse in intellectu, & ita intellectus per simul plura intelligere.

SED CONTRA est, quod dicit Philosophus in 2. Topic. Contingit plura scire, intelligere uero unum solum.

RESPON. Dicendum, quod intellectus dupliciter aliquid intelligit, scilicet primo, & ex consequenti. Ex consequenti quidem contingit plura simul intelligere, in quantum habent ordinem ad unum intelligibile primum, & hoc contingit dupliciter. Vno modo, ex unitate eius quo intelligitur, sicut quod plura intelligibilia per unam speciem intelliguntur, sicut intellectus diuinus omnia similiat per unam essentiam suam, & eodem modo intellectus creatus, uidens essentiam diuinam potest simul omnia uidere quod per essentiam diuinam videt. Alio modo, ex unitate eius quod intelligitur, scilicet quando plura intelliguntur ut unum, totu[m] enim unum est primo intellectum, & illa plura sunt intellectus ex consequenti in illo, sicut cum intellectus intelligit lineam, simul intelligit partes linea, ut dicitur in 3. de anima. Et similiter cum intelligit propositionem, intelligit simul subiectum & predicatum: & cum intelligit similitudinem, uel differentiationem aliorum, simul intelligit ea quorum est similitudo, uel differentia: sed quod intellectus simul intelligat plura intelligibilia primo, & principaliter, est impossibile. Cuius ratio est, quia intellectus per se auctum est omnino, i. perfecte, res intellecta, ut dicitur in 3. de anima. Quod quidem intelligendum est non quod essentia intellectus fiat res intellecta, uel species eius, sed quia complete infor matur per speciem rei intellectus, dum ea actu intelligit. Vnde intellectus simul plura actu intelligere primo idem est, ac si res una simul esset plura. In rebus materialibus uidemus quod una res numero non potest esse simul plura in actu, sed plura in potentia, uel secundum dispositionem potest esse unum & idem. Idem nam uero est simul potentia aqua & ignis, & possunt etiam simul dispositiones ad utrumque quantum ad aliquid inesse eidem, sicut si aer ex una parte caleficeret, & ex alia insiparet; sed quod aer simul actu sit aqua & aqua, est impossibile, & similiter est quod aliquid sit simul actu lapis, & ferru, que non uidentur contraria, sed disparata. Intellectus autem ex ipsa ratione sua potentia est simul potest.

Quodlib. S. Tho. F 4 Po.

QVODLIBET. VII. ART. III.

Potentia autem sensitiva per similitudines sensibilia reducitur in actum duplicitate. Vno modo, incomplete per modum dispositionis, quando species sensibiles sunt in ea ut dispositiones, quod appellat Avicenna, esse ut in thesauro. Alio modo, perfecte, quando species sensibiles actu informat potentiam sensitivam, & hoc uocat a uicenza apprehensionem sensus, distinguens potentias sensitivas apprehendentes ab illis, in quibus sunt formae sensibiles, ut in thesauro, & similiter in intellectu in habitu lunt similitudines intelligibilium ut dispositiones: sed quando sunt actus intellectus, sunt in eo ut forme perfectiores, & tunc intellectus fit omnino res intellecta, & hoc contingit per intentionem quae coniungit intellectum intelligibilem, & sensum sensibili, ut dicit Aug. Vnde patet quod sicut una res materialis non potest esse simul plura acta, ita unus intellectus non potest simul plura intelligere primo. Et hoc est ad Alga dicit, quod sicut unum corpus non potest simul figurari pluribus figuris, ita unus intellectus non potest simul plura intelligere. Nec potest dici, quod intellectus informetur perfecte simul pluribus speciesbus intelligibilibus, sicut unum corpus simul informatur figura & colore, quia figura & color non sunt forma unius generis, nec in eodem ordine accipiuntur, quia non ordinantur ad perficiendum in esse unius rationis, sed omnes formae intelligibles in quantum huiusmodi, sunt unius generis, & in eodem ordine se habent ad intellectum, in quantum perficiunt intellectum in hoc quod est esse intellectum in actu. Vnde plures species intelligibles se habent sicut figure plures, vel plures colores, qui simul in actu in eodem esse non possunt secundum idem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod similiter dicendum est de potentia sensitiva i.e. quod non potest plura simul sentire, sed ex consequenti, in quantum plura accipiuntur ut unum: sicut plura sensibilia unitur in una differentia, & plura sensibilia que sunt partes vniuersitatis in uno toto. Vnde quando sentitur totum, sentiuntur simul plures partes ex consequenti, & tunc intentio sensus non fertur ad aliquam partem principaliorem, sed ad totum, quia si ad aliquam partem ferretur, ut ad sensibile principale, non simul sentiretur alia: & iterum sensus communis, quamvis sit una potestia secundum essentiam, tamen aliquo modo multiplicatur secundum esse, in quantum coniungitur diuersis sensibus propriis, sicut unum centrum coniungitur pluribus lineis. Vnde immutaciones omnium sensibilium simul terminantur ad sensum communem, sicut motus qui esset per omnes lineas, posset simul terminari ad centrum, sed intellectus non multiplicatur modo praedicto in plures potentias, & ideo non est simile.

AD SECUNDUM dicendum, quod cognoscibilis quod simul cognoscuntur, oportet quod accipiuntur ut cognoscibile vnum numero. Omnia autem intelligibilia, in quantum huiusmodi, sunt unius generis non numero, & ideo ratio non sequitur.

AD TERTIUM dicendum, quod iam patet ex praeditis, quod non eodem modo se habet intellectus in habitu ad intelligibilia in habitu, quae sunt in ipso ut dispositiones, & intellectus in actu ad intelligibilia in actu, quae sunt in ipso ut ultimae perfectiones.

AD QUARTUM dicendum, quod non solum prohibetur res aliqua esse plura contraria actu simul, sed et plura esse disparata, ut patet ex dictis: unde quoniam formae intelligibles in intellectu non sint contrarie, nihilominus tamen intellectus prohibetur

F si uol plura intelligere, ut ex dictis patet: Ad QUINTVM dicendum, quod species sensibiles, quae sunt in medio deferentia, sunt ibi per modum dispositionis, & non per modum ultime perfectionis, quia sunt ibi sicut in quodam fluxu, & ideo non est simile.

ARTICULUS III.

Vtrum intellectus angelicus possit cognoscere singularia,

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod intellectus angelicus non possit cognoscere singularia. Si non cognoscit, aut cognoscit per speciem acquitam, aut per concretam: non per acquisitionem, quia vel illa est particularis, & per consequentiam materialis, & ita in intellectu angelii materialis esse non posset: uel est vniuersalis, & sic per singulare cognoscit non posset: similiter nec per concretam, quia ipsa concreta angelio a principio sua creationis fuit in ipso: ad cognitionem autem alium sufficit quod species eius sit in intellectu, & ita si per speciem concretam posset aliqd particularē cognoscere dum est præsens, a principio creationis sua illud cognoscat, quando ad huc erat futurum, quod non potest esse, quia cognoscere solius Dei est. Ita. Annonita te quæ ventura sunt in futurum, & item quæ est in futurum, ergo angelus singularia cognoscere non potest.

H Si dicatur quod species illæ concretae faciunt cognitionem presentium, non autem futurorum. Contra. Non potest aliqua cognitione nota fieri nisi fiat aliqua innovatio in cognoscente, sed hoc quod particularē, quod erat futurum, fit præsens, non fit aliqua innovatio in intellectu angelico, cū nihil recipiat a re extra. Ergo si prius dum erat futurum, non cognoscet, nec dum fit præsens, cognoscere poterit.

I Si dicatur quod quoniam nihil recipiat, in formam quam apud se habebat prius, applicata ad partim quod od nouo fit. Contra. Intellectus non potest aliud applicare, nisi cognoscatur & quod applicatur, & cui applicatur, quia prius est cognoscere duo secundum se, quia comparationis unius ad alterum ergo applicatio predicta sequeret cognitionem singularium, & sic non posset esse cæteris.

T 2 Præ. Si angelus cognoscit singularia, aut cognoscit una sp̄e, aut pluribus: sed non pluribus, quoniam oportet quod infinitas species apud se habent, cum infinita sit particularia ad minus in potentia similiter nec una, quia sic intellectus angelicus aquaretur intellectu diuino, qui uno, & essentia diuina, plura intelligit. Ergo intellectus angelicus singularia cognoscere non potest.

K Si dicatur quod non cognoscit per unam speciem omnia, sed per viam speciem oia in individua vias species, & non alia. Contra. Illa via species non habet magis ad vnum individuum quod ad alium, sed oportet quod per speciem intelligibilem intellectus determinetur ad determinatum cognoscibilem. Ergo per speciem illam non poterit cognoscere hoc particularē determinatum.

SED CONTRA est, quod dicitur ad Hebr. 1. Ois sunt administratori spiritus, &c. quod non posset esse, nisi cognoscerent singulares homines.

R SPON. Dicendum, quod angelus absque dubio singularia cognoscit. Ut autem uidemus modum quo hoc possibile sit, sciendum est quod ad hoc, quod singularē aliqd cognoscatur, oportet quod in potentia cognoscitiva sit similitudo eius, in quantum parti-

QVODLIBET. VII. ART. III.

49

culare est. Omnis autem forma de se communis est: unde additio formae ad formam non potest esse causa individualium, quia quocumque forma simul aggregentur, ut album, bicolorum, & crispum, & huiusmodi, non constituant particulare, quia haec omnia simul sunt in uno: & ita in pluribus potentissimis est possibile inuenire: sed individualium forma est ex materia per quam forma contrahitur ad hoc determinatum; unde ad hoc quod particularē cognoscatur, oportet quod in cognoscēti non solum sit similitudo formae, sed aliqualiter materie. Similitudo autem rei cognitae dupliciter est in cognoscēte. Vno modo, sicut causa rei, sicut in his quae cognoscuntur per speciem abstractam a rebus. Alio modo, sicut causa rei, ut pater in artifice qui cognoscit artificiatum per illam formam, per quam ipsum facit. Species autem quae est in sensu caularia a res sensibili, in quantum non est omnino a conditionibus materialibus depurata, est similitudo formae secundum quod est in materia, & ideo per eam cognoscitur particularē. Sed quia secundum quod in intellectu nostro recipit species rei sensibilis, est omnino iam a materialibus conditionibus depurata, non potest intellectus noster per eam directe partculare cognoscere, sed per quandam reflexionem in intellectu ad potentias sensitivitas, a quibz species intelligibles abstrahuntur. Per formam autem que est causa rei, hoc modo cognoscitur res, secundum quod forma illa est causa eius. Et quia artifex homo per formam artis non producit materiam, sed materia praesupposita inducit formam artis, forma artis que est in mente artificis, non est similitudo artificati, nisi quo ad formam tam unum per eam non cognoscit artificiatum in particulari, nisi formam artificiat per sensum accipiat. Artifex autem incrementus, & Deus, non solum producit formam, sed etiam materiam. Vnde rationes ideales in mente ipsius existentes non solum sunt efficaces ad cognitionem universalium, sed etiam ad singulare cognoscenda a Deo. Sicut autem illae rationes ideales efficiunt res producendas in esse suo naturali, in quo particulariter unumquodque subsistit in forma & materia, ita procedunt in mentes angeliculas, ut sint in eis principia cognoscendi res in se suum torum esse in quo subsistunt, & sic per species influxas ibi ab arte diuinorum angelorum non solum universalia, sed etiam particularia cognoscantur, sicut & Deus. Est tamen differentia in duobz. Primo, quia ideas quae sunt in mente diuina, sunt formae facti ex veritate, & non solum principia cognoscendi: sed species que recipiuntur in mente angelicula sunt solum principia cognoscendi, & non sunt facti, sed exemplaria a facti. Secundo, quia intellectus quanto est anterior & perspicacior, tanto ex uno potest plura cognoscere: & quia intellectus diuinus est altissimus, per una simplicem essentiam suam omnia cognoscit: nec est ibi aliqua pluralitas formarum idealium, nisi secundum diversos respectus diuina essentia ad res cognitatas: sed in intellectu creato multiplicatur secundum rem, quod est vnum secundum rei in mente diuina, vt non possit omnia per vnum cognoscere, ita tamen quod quanto intellectus creatus est anterior, tanto pauciores habet formas ad plura cognoscenda efficaces. Et hoc est quod Dion. dicit 12. cap. eccl. hinc superiores ordines habent scientiam magis universalium in inferioribus. Erunt in lede causis df., & intelligenti superioribus habent formas magis universalibus: hoc tamen obseruat, quod in infimis angelis sunt formae adhuc uniteriales intantum,

**P**er vnam formiam possunt cognoscere omnia  
idividua vnius speciei, ita q̄ illa species fit propri  
vniuersitatisque particularium secundum diuersos  
respectus adt̄ particularias, sicut essentia diuina  
efficit propria similitudo singulorum, & induet  
sos respectus, sed intellectus humanus qui est virtu  
mus in ordine substantiarum intellectuum, habet  
formas intantum particularas, q̄ non potest per  
vnam speciem nisi vnum quid cognoscere: & iō  
similitudo speciei existens in intellectu humano  
non sufficit ad cognoscenda plura singularia, &  
propter hoc intellectui adiuncti sunt lensus, qui  
bus singularia accipiunt.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, q̄ angelus nullo  
modo cognoscit singularia per species acquisitiā,  
quia nec per speciem acceptā a re, sic enim res age  
rent in intellectum eius, quod est impossibile: ne  
que per aliquā speciem de nouo influxam a Dō  
revelat̄ ipsi angelo aliquid de nouo, quia species,  
quas angelus habet apud se concreatas, sufficiunt  
ad omnia cognoscētilia cognoscenda, sed secundum  
quod per altius lumen intellectus angelī eleva  
tur in altiores conceptiones, ex illis species pro  
dire potest: sicut etiam ex eisdem phantasmata  
species intellectus prophetæ lumine prophetæ  
adiutus aliquam cognitionem accipit, ad quam  
non sufficiebat naturalē lumen intellectus agētis.  
**C**Restat ergo ut angelus cognoscat singularia p̄ spe  
cies concreatas. Sicut autem per vna species con  
creatas potest cognoscere diuersa idividua, ita  
etiam multo amplius potest per vnam cognoscere  
quicquid est in vno idividuo, vt non oportet  
cum aliā species habere, non qua cognoscit co  
lorem & odorem vnius pomī, sed simul cognoscendo  
hoc pomum, cognoscit quicquid est i po  
mo illo & essentialiter, & accidentaliter. Effectus  
autem non est in causa sua vt in ea possit cognoscē  
ti, nisi sit causa determinata ad effectum illum, si  
cū patet in causis necessarijs, quibus cognoscunt  
effectus earum: sed causa contingens non determi  
nat ad effectum suum, nisi quando actu produ  
cit ipsum: vnde in causa contingente non est effec  
tus eius vt in ea possit cognoscēti, nisi quod iam  
actus productus est, & ideo angelus per species co  
creatas cognoscens causas vnter tales omnī sin  
gularium contingentium, non cognoscit naturali  
li cognitione effectus earum antequam sint in a  
ctu, sed statim cum actu sunt.

AD SECUNDUM dicendum, quod quando aliquid  
incipit esse praetensum, angelus de novo cognoscit il-  
lud non facta aliqua invocatione in ipso angelo,  
sed in re cognoscibili, in qua est aliquid quod pri-  
non sicut sine ea cogniti non cognoscitur.

**E**T TERTIUM. Dicendum, quod applicatio illa est intelligenda per modum ilium, quo Deus ideas ad res cognoscendas applicat, non sicut medium cognoscibile ad aliud, sed sicut modus cognoscendi ad rem cognitam, alias nihil valeret ad propositum, sicut ostensum est in obiciendo.

AD QUARTVM dicendum, quod intellectus angelii neque una specie cognoscit omnia, neque tot species habet quod sunt individua, ut ex dictis patet.

**AD QUINTVM** dicendum, quod illa una species efficitur ratio cognoscendi quodlibet individuum secundum respectum ad ipsum, ut ex dictis patet.

ART I.

QVODLIBET. VII. ART. III. ET V.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum notitia, que ab Aug. dicitur proles mentis, sint in mente sicut accidentis in subiecto.

**C**irca quarum sic proceditur. Videtur, quod notitia que ab Aug. dicitur proles mentis, non sit in mente sicut accidentis in subiecto. Nullum n. accidentis excedit suum subiectum: sed notitia excedeat mentem, quia mens non solum seipsum, sed & alia pro notitia non est. ergo notitia non est accidentis mentis.

**¶ 2** Præt. Nullum accidentis est æquale suo subiecto: sed notitia est qualis menti, alias in notitia, mente, & amore non consideratur imago trinitatis, quod Au. ponit. ergo notitia non est accidentis mentis.

**¶ 3** Præt. Hoc idem videtur ex verbis Aug. qui in 9. lib. de trin. dicit, quod notitia & amor in anima existunt substantialiter, vel ut ita dicam essentialiter, non tamquam accidentis in subiecto, ut color, aut figura in corpore.

**SED CONTRA.** Notitia mentis nihil aliud esse uidetur, quam scientia: sed scientia est accidentis, cui sit in prima specie qualitatis. ergo & notitia,

**RESPON.** Dicendum, quod notitia quatuor modis accipi potest. Primo, pro ipsa natura cognoscitur: secundo, pro potentia cognitiva: tertio, pro habitu cognoscitivo: quarto, pro ipso cognitionis actu. Sicut etiam hoc nomen sensus quandoque nominat naturam sensitivam, prout. s. est principium huius naturæ, quod est sensible. Quandoque vero nominat ipsum potentiam, quandoque uero actum. Loquendo ergo de notitia primo modo accepta, constat quod non est in substantia mentis, sicut accidentis in subiecto, sed substantialiter & essentialiter, sicut dicitur quod rationale est in uino & uiuim in ente. Si autem loquamus de notitia tribus aliis modis accepta, sic dupliciter potest considerari, vel secundum quod comparatur ad cognoscendum, & sic inest cognoscendi sicut accidentis in subiecto, & sic non excedit subiectum, quia non quam inuenitur inesse alicui nisi menti. Vel secundum quod comparatur ad cognoscibile, & ex hac parte non habet quod inest, sed quod ad aliud sit. Illud autem quod ad aliiquid dicitur, non habet rationem accidentis ex hoc quod est ad aliiquid, sed solum ex hoc quod inest, inde est quod illa relatio secundum rationem sui generis cum substantiæ manet in diuinis, nec tamen est ibi accidentis: & pro hoc notitia secundum considerationem illa non est in anima sicut in subiecto, & secundum hanc comparisonem excedit mentem, in quantum alia a mente per notitiam cognoscuntur. Secundum hanc est considerationem ponitur trinitatis imago, quia est personæ diuina distinguuntur secundum quod ad alterum sunt: & secundum hoc etiam est quedam aequalitas notitiae ad mentem, in quantum se extendit ad omnia, ad que potest se extendere mes.

Et sic pater responsio ad obiecta.

QVÆSTIO III.

ARTICVLVS V.

Vtrum fuerit fructus animæ Christi in passione.

3. P. q. 16. 2.  
7. o. u. c. 26  
2. 10. o. & 9.  
op. 2. 1. c. 48.  
& opus 60.  
de c. 22. p. 22.

**D**EINDE queritur de fructuone animæ Christi in passione. & uidetur quod illa fructus percutit usque ad essentiam animæ. Animæ n. Christi perfectus fructebatur: sed non esset perfecta fructus, si ad effusionem.

F sentiam animæ non peruerterit, sed considereret in una potentia, si superiori ratione, ergo peniebat usque ad essentiam animæ.

**¶ 2** Præt. Anima Christi perfectus fructebatur quia animæ sanctorum in patria sed fructus sanctorum in patria pertingit usque ad essentiam animæ, ergo multo fortius in Christo.

**SED CONTRA.** Nihil fructus nisi quod cognoscit, quia secundum Aug. fruimus cognitionis, in quib. ppter se voluntas delictata conqueritur: sed cognoscere non est essentia animæ, sed potest, ergo in ad essentiam animæ non perueniebat.

**RSPON.** Dicendum, quod fructus in actu quodam consistit, quo Deus uidetur & amat, adhuc autem non est nisi rei subsistens: unde proprio quodam neque potentia animæ fructus, neque delectatio, sed homo, vel anima per se subsistens: sed tamē potentia animæ sunt principia operationum uia, sicut essentia animæ est principium esse uentis & secundum hoc oportet dicere quod superior res, cuis d' obiectum est res eterna qua fructum est, est principium fructus, quo l'anima fructus ad alias autem uires, vel ad animæ essentiam fructu perire non potest, nisi per quandam redundantiam, prout. s. ex illa fructione superioris rationis aliquis effectus in essentia animæ, vel in potentia interioribus relinquitur, & sic aliquo modo peruenient fructus ad essentiam animæ Christi in passione, & aliquo modo non. Si. n. consideretur essentia animæ in passione Christi, prout est actus corporis, & fructus ad eam non perueniebat, alias corpus eius gloriosum factum fuisset. Similiter nec ad essentiam secundum quod est radix inferiorum uirium, & sic fructus gaudium dolorem passionis, qui in uiribus inferioribus, totaliter evanescat: perueniebat autem ad essentiam animæ secundum quod erat radix superioris rationis. Et quia essentia animæ est simplex, & est tota in qualibet potentia, ideo dicitur quod tota anima fructebatur in Christo, in quantum feliciter est radix superioris rationis, & tota patitur, in quantum scilicet est actus corporis, & radix inferiorum uirium.

**I** AD PRIMUM ergo dicendum, quod non impeditur perfectio rei, nisi per hoc quod tollitur aliquid de essentiis rei, gloria autem corporis & inferiorum uirium pertinet ad gaudium accidentiale beatitudinis, & ideo quamus in Christo fructus non perficit ad essentiam animæ, secundum quod est actus corporis, & secundum quod est radix inferiorum uirium, non sequitur quod fructus fuerit imperfecta in Christo, sive beatitudo.

AD SECUNDUM dicendum, quod anima Christi perfectus fructebatur, quam animæ sanctorum in patria, loquendo intenue, non autem loquendo extenuetur, quia in patria gaudium fructus ad inferiores vires, & etiam ad corpus glorificatum pertinet, quod si in Christo fuisset, viator non fuisset.

QVÆSTIO III.

**D**EINDE queritur de pluralitate in substantiis spiritualibus inuenia.

**¶ 1** Et queruntur duo.

**¶ 2** Primo, Vtrum immensitas diuina excludat pluralitatem personarum.

**¶ 3** Secundo, Vtrum angelica simplicitas paratur compositionem ex subiecto & accidente,

ART.

QVODLIBET. VII. ART. VI. VII. ET VIII.

ARTICVLVS VI.

Vtrum immensitas diuina excludat pluralitatem,

**A**D PRIMVM sic proceditur. Viderur, quod immensitas diuina excludat pluralitatem personarum. Omne. n. immensum, cum sit indeterminatum, stat in uno; sed quod est in divinis, est immensum, cum ergo persona sit in divinis, stabit in uno, ita quod non erunt ibi plures personae.

Si dicatur, quod plures hoc modo in uno stant, quod omnes sunt una essentia. Contra. Sicut essentia est immensa, ita & persona: sed immensitas essentiae facit quod sit una essentia tantum. ergo immensitas personae facit quod sit una persona tantum.

Si dicatur quod persona non est immensa nisi immensitate essentiae. Contra. Persona secundum intellectum addit aliud supra essentiam; sed quod intelligitur in divinis, intelligitur ut immensum. ergo propter immensitatem essentiae est in Deo immensitas personae, qua faciet in divinis unam tantum personam.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. Io. 4. Tres sunt qui testimonium dant in celo.

RESPON. Dicendum, quod immensitas non excludit pluralitatem, nisi secundum quod tollit determinationem que est pluralitatis principium primum. Sicut autem dictum est prius, duplex est determinatio, limitationis, & distinctionis. In divinis autem nullo modo cadit determinatio limitationis, cedat autem ibi determinatio distinctionis dupliciter. Vno modo, secundum quod distinguunt per essentiam ab omnibus creatis, ut non limitata a limitato. Alio modo, secundum quod persona distinguitur a persona per relationem originis, quae quidem distinctione non est propter aliquam limitationem, sed ratione oppositionis, quae est in relatione: unde hanc distinctionem immensitas diuina non excludit, & per consequens nec pluralitatem personarum.

Et per hoc patet responsio ad primum.

AD SECUNDVM dicendum, quod quamvis personaliter immensa, tamen immensitas est essentiale, non personale, sicut persona est bona bonitate essentiae: unde non oportet quod immensitas faciat indistinctionem in personis, sed solum in esse naturae.

AD TERTIUM Dicendum, quod persona non dicitur aliquid secundum intellectum addere supra essentiam, quia intellectus debet intelligere aliquid additum essentiae, est enim intellectus falsus: sed quia intelligendo personam, intelligo essentiam de necessitate, sed non econuerso, unde obiectio non procedit.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in angelis sit compositio accidentis & subiecti. **C**IRCA secundum sic proceditur. Viderur, quod in angelis non sit compositio accidentis, & subiecti, quia esse accidentale causatur ab esse substantiali, ergo & compositio accidentalis a compositione substantiali: sed in angelis non est compositio substantialis, quia sunt substantialia simplices, vt Dion. dicit, ergo nec compositio accidentalis, q. 2. Præt. Boe. dicit in li. de Trini. quod forma simplex subiectum esse non potest: sed angeli sunt formæ simplices secundum Diony. ergo non possunt esse subiectum accidentis.

SED CONTRA est, quod Aug. substantias spiritualis ponit distincte a simplicitate diuina per hoc,

A quod est in eis compositio accidentis, & subiecti.

RESPON. Dicendum, quod ex hoc aliquid est suscepitum formæ substantialis, vel accidentalis, quod aliquid habet possibilitatis, quia de ratione potentia est, ut actum sublernatur, qui forma dicitur. De angelis autem diversi diversa tentiuntur. Quidam enim dicunt quod sunt ex materia & forma compositi. Alii dicunt quod sunt compositi ex esse, & quod est, ut Boe. dicit, & viroque modo oportet ponere potentialitatem in angelo. De primo enim modo patet, similiter patet potest de secundo, quod omne quod non est suum esse, oportet quod habeat esse receptum ab alio, quod est sibi causa essendi. Et ita in se consideratum est in potentia respectu illius esse quod recipit ab alio, & hoc modo ad minus potentialitatem ponere oportet in angelo, qui angelus non est suum esse, hoc. n. solus Deus est: & ita relinquitur quod angelus posset esse subiectum accidentalis formæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod substantialis simpliciter in angelis excludit compositionem materia & formæ, non autem compositionem ex esse, & quod est, quam compositionem ad minus accidentialis compositione in angelis presupponit. Et iterum non oportet, quod si est accidentale causatur a substantiali, quod compositio accidentalis a compositione substantiali cansetur, quia substantialia aliquo modo simplex potest esse subiectum accidentis, et dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod Boet. loquitur de illa forma simplici, quae est actus purus, cui nihil potentialitatis admisetur, & talis est solus Deus,

QVÆSTIO IV.

**D**EINDE queritur de sacramento altaris.

¶ Et circa hoc queruntur tria.

¶ Primo, Vtrum corpus Christi secundum totam suam quantitatem continetur sub speciebus panis.

¶ Secundo, Vtrum in eodem instanti sit panis, & corpus Christi.

¶ Tertio, Vtrum Deus possit facere quod albedo, & aliae qualitates sint sine quantitate, sicut facit quod quantitas in sacramento altaris sit sine subiecto.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum possit totum corpus Christi sub speciebus panis contineri.

**C**IRCA primum sic proceditur. Viderur, quod non possit totum corpus Christi sub illis speciebus, panis contineri. Non enim potest etiam per miraculum fieri, ut duo contradictiones sint simul vera, ut Aug. dicit contra Faustum: hoc autem sequeretur, si totum corpus Christi subesse illis speciebus, si enim est sub illis speciebus totum, non est maius illis speciebus, cum non excedat eas, & tamen secundum rei veritatem est maius, sicut bicubitum, vel amplius, & sic erit eodem maius, & non maius. ergo non potest, etiam per miraculum, fieri, quod sub illis speciebus continetur totum.

SED CONTRA. Vbi cumque est pars aliquius corporis, est totum corpus, nisi corpus sit diuini sum: sed corpus Christi non est diuini sum, cum sit imparibile, ergo cum aliqd corporis Christi sit sub illis speciebus, ut dicitur Matt. 27. Hoc est corpus meum, oportet quod sub illis speciebus totum corpus Christi continetur.

RESPON. Dicendum, quod sub illis speciebus absq. dubio continetur totum corpus Christi, & to-

D. 171.

3. p. q. 76. ar.  
1. o. & q. 79.  
ar. ad 3.

ta

Q VODLIBET. VII. ART. IX.

**T**a quantitas eius. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod in sacramento altaris dupliceiter aliquid continetur. Vno modo, ex ui sacramentalio modo, ex naturali concomitantia, verbi gratia. Sub speciebus panis continetur, & corpus, & sanguis Christi: sed corpus ex vi sacramenti, sanguis ex concomitantia naturali, quia corpus Christi non est sine sanguine: sub speciebus autem tunc est econuerso. Illud autem continetur sub sacramento ex ui sacramenti, quod est transubstantiationis terminus, & propter hoc anima & diuinitas non continetur in sacramento ex ui sacramenti, cum panis & vinum in ea non conuerteruntur, sed ex naturali concomitantia, quia anima inseparabiliter unitur illi corpori, & diuinitas humanitatis. Cum autem ex parte panis substantia transeat, & quantitas maneat cum reliquis accidentibus, patet quod directe transubstantiationis terminus est substantia corporis Christi, & sic ipsa substantia corporis Christi est ibi ex ui sacramenti, sed quantitas ex naturali concomitantia. Vnde pater q̄ substantia corporis Christi immediate habet ordinem ad dimensiones panis regnantes: quantitas autem corporis Christi quasi ex consequenti. Econuerso autem est in ordine locati ad locum, quia substantia locata ordinatur ad locum medianum dimensionib⁹ propriis, & inde est quod oportet dimensiones locati commenurari dimensionibus loci continentis, non autem dimensionem corporis Christi commensurari dimensionibus specierum, & id o sub eiuscumque partis dimensionibus panis potest esse totum corpus Christi, sicut tota natura substantiae aliquius corporis saluator in qualibet parte illius corporis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non sequitur ex hoc corpus Christi non esse maius illis speciebus, quia non continetur sub eis quasi commensuratur, & sic non sequitur contradictoria eti similitudine.

ARTICVLVS IX.

Vtrum in eodem instanti sub speciebus illis, sit substantia panis & corpus Christi.

**C**IRCA secundum sic proceditur. Videtur, q̄ in eodem instanti sub speciebus illis sit substantia panis & corpus Christi. Accipiat enim ultimum instans in quo est panis, & primum instans in quo est corpus Christi. Aut ergo sunt duo instantia, aut unum, sed non duo, quia cum inter qualibet duo instantia sit tempus medium, estet aliqd tempus dare in quo non esset ibi nec corpus Christi, nec substantia panis. ergo oportet q̄ sit unum instantis, & sic in eodem instanti ibi est panis & corpus Christi. Si dicatur quod non est dare ultimum instantis in quo est panis. Contra. Est panis mensuratur quodam tempore: sed mensura propria equatur mensurato. ergo in qualibet instanti illius temporis est ibi panis, & sic in ultimo instanti.

**P**ro Prat. Sicut se habet tempus ad mutationem instantaneam: sed tempus includit utrumque terminorum motus continuū, ita se habet instantis ad mutationem instantaneam: sed tempus includit utrumque terminorum motus continuū, ergo & unus transubstantiationis, quae est mutationis instantanea: eius autem termini sunt panis & corpus Christi. ergo in eodem instanti est panis & corpus Christi. **P**ro Prat. In qualibet mutatione instantanea simul est verum dicere quod sit & factum est, quia in instanti non est accipere prius & posterius. ergo cum transubstantatio sit mutationis instantanea, simul uerum est dicere quod sit ibi corpus Christi & factum est. ergo corpus Christi simul est ibi & non est, sed quando non est

bi corp⁹ Christi, est ibi substantia panis. ergo simul in eodem instanti est ibi corp⁹ Christi & substantia panis. **S**ED CONTRA. Due formæ substantiales dispare non possunt in eodem instanti eidem inesse: sed forma panis & corpus Christi sunt in eodem, ergo non possunt simul eidem inesse, & in eodem instanti.

**R**espon. Dicendum, quod nullo modo in eodem instanti est ibi corpus Christi & substantia panis, nec est assignare ultimum instantis, in quo est ibi panis: sed ultimum tempus quod continuatur ad instantem illud, in quo primo est ibi corpus Christi. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod in rebus naturalibus mutationes instantaneas sunt termini motus semper, cuius ratio est, quia huiusmodi mutationes habent pro terminis formam & priuationem, sicut generatio ignis ignem & non ignem. Inter formam autem & priuationem non potest esse aliud quod medium nisi per accidens, in quantum. ILLUD quod priuat formam, magis & minus approximat ad formam ratione aliquis dispositionis ad formam, que intenditur, vel remittitur per motum continuum: & ideo oportet praecoxit motum alterationis, qui terminetur ad generationem: & sic alteratio habet duos terminos, unum superioris, & ultimam dispositionem, que est necessaria ad formam, quia alteratio est innotescit in qualitate, & aliud alterius generis. si formam substantialis. Et eodem modo illuminatio est terminus motus localis Solis, qui est mutatio instantanea existens in ter formam luminis & priuationem eius. Tenebas. Cuiuslibet autem motus qui membratur aliquo tempore, oportet quod ultimus terminus sit in ultimo instanti temporis. Vnde cum forma substantialis sit quidam terminus alterationis, oportet in ultimo instanti illius temporis introducitur mutationis substantialis: corruptio autem & generatione simul currunt, quia generatio unius est corruptio alterius. Oportet ergo quod in ultimo instanti illius temporis sit terminus corruptionis unus uteris, & terminus generationis alterius uteris. Terminus autem corruptionis est non esse. Oportet ergo quod in ultimo instanti illius temporis sit primo non aer, & primo non ignis, sed ante ultimum instantis aliquius temporis non potest accipi penultimum, quia inter quilibet duo instantia est tempus medium, secundum Philosophum, & sic non est accipere ultimum instantis in quo sit aer, sed in tunc tempore mensurante motum alterationis erat aer, & in ultimo instanti cius est primo non aer, & primo ignis: & similiter transubstantiationis est terminus ei iusdam motus qui consistit in prolatione uerorum, unde in ultimo instanti temporis membratur ista prolationem est primo non panis, & primo corpus Christi, & sic non est ultimum instantis in quo est panis, sed ultimum tempus inter tempus autem & instantis non oportet quod aliquid cadat medium, sicut nec inter linea & punctum, & sic non oportet quod aliquando neque sit panis, neque corpus Christi.

Et ita patet solutio ad primum.

AD SECUNDUM dicendum, quod punctum additum, uel subtractione linea non facit maius, uel minus: & similiter est de instanti appositio temporis, uel sub tracto ab eo. Vnde quanuus in ultimo instanti temporis mensurantis esse panis non sit panis, tam non sequitur quod tempus illud sit maius quam duratio esse panis, & sic quod mensura non sequitur mensurato.

AD TERTIVM dicendum, quod instantis mensurae mutatione aliquia instantaneam, in qua mensura

rat terminum eius ad quem, quia terminus a quo jungitur cum toto motu praecedenti, & ita mensuratur tempore mensurante motum praecedentem, sed tempus mensurat motum ratione utriusque termini, & ideo non est simile.

AD QUARTVM dicendum, quod fieri dicitur duplicitate. Vno modo, moueri ad esse, & sic illud quod generatur in toto tempore alterationis praecedentis dicitur fieri, & hoc modo loquitur Philo de fieri in 6. physi, ubi ostendit quod omne factum esse praecedit fieri, & omne fieri praecedit factum esse, & sic non est verum quod aliquid fiat & factum sit, sed sic est verum quod illud quod fit, non est. Alio modo, dicitur fieri res quando introducitur forma, & sic fieri non est moueri, sed terminari motum: unde sicut simul motus terminatur & terminatus est, ita simul aliquid fit & factum est: sed hoc modo illud quod fit, est, quia terminus factio- nis est esse, in quo ponitur esse illud esse, quod dicitur hoc modo moueri.

## ARTICVLVS X.

Vtrum Deus possit facere quod albedo, aut aliqua qualitas corporalis sit sine quantitate.

AD TERTIVM si proceditur. Vr. q. Deus non possit facere quod albedo, aut aliqua qualitas corporalis sit sine quantitate, quia quantitas est prima dispositio corporis ex eo quod immediate adhaeret substantie, ut dicit Boet. sed primum in qualiter genere est causa eorum quae sunt post, ut dicitur in 2. meta. ergo a quantitate habent omnia alia accidentia, quod sint dispositiones corporales. ergo remota quantitate nulla qualitas corporalis remaneret.

¶ 2. Præt. Qualitas spiritualis ut scientia, vel virtus, est nobilior quam qualitas corporalis: sed qualitas spiritualis etiam miraculose, non posset esse sine subiecto, ut uidetur. ergo multo minus qualitas corporis posset esse sine subiecto, ad minus quod est quantitas.

¶ 3. Præt. Magis est remotum a natura, q. qualitas corporalis sit omnino sine obiecto, quam q. sit in subiecto spirituali, quia esse in subiecto spirituali est qualitas spiritualis qui est in predicamento eodem cum qualitate corporali: sed esse omnino sine obiecto est substantia quae est aliud predicamentum: sed non posset miraculose fieri q. qualitas corporalis esset in subiecto spirituali, ut albedo in angelo. ergo multo minus potest fieri, quod qualitas corporalis non habeat subiectum, ad minus quantitatem.

¶ 4. Præt. Magis dependet qualitas a substantia, quam econverso: sed Deus non posset facere aliquam substantiam crearam absque omni accidente, quia ad minus oportet, quod creatura insit relatio ad suum creatorum. ergo multo minus potest fieri quod qualitas sit absque omni subiecto.

SED CONTRA. Propter hoc potest fieri, quod in sacramento altaris qualitas sit sine substantia, quia qualitas per essentiam a substantia differt: sed simili- ter qualitas differt per essentiam a quantitate. ergo eadem ratione fieri potest, ut qualitas esset sine quantitate.

RESPON. Dicendum, q. diuinæ potentiae ratione sua imminutaria attribuendum est q. quid in defectum non sonat: tñ aliquæ sunt quæ natura creata non patitur ut sicut q. aliquam repugnatiæ quæ important ratione contradictionis implicite, & de talib. consuevit a quibusdam dici, quod Deus potest ea facere, quævis fieri non possint. Ut ergo uideamus utrum fieri possit a Deo, q. albedo sit sine quâ-

A titate, sciendum est, quod in albedine, & qualibet alia qualitate corporali est duo considerare. Si ipsam naturam albedinis, per quam speciem sortitur: & individuationem eius secundum quod est hæc albedo sensibilis ab alia albedine sensibili distincta. Posset ergo fieri miraculo, ut natura albedinis subsisteret absque omni quantitate, tamen illa albedo non esset, sicut hæc albedo sensibilis, sed esset quædam forma intelligibilis ad modum formarum separatarum, quæ Plato posuit: sed quod hæc albedo sensibilis individuata esset sine quantitate, fieri non posset, quamus fieri possit quod quantitas individuata sit sine substantia, quia quantitas non dividitur duabus solim est subiecto, sicut alia accidentia, sed etiam ex situ, qui est de ratione ipsius quantitatis dimensions, quæ est quantitas positionem habens: & ideo possibile est imaginari duas lineas separatas eisdem specie numero diuersas secundum diversum situm, alias linea non esset divisibilis ex ipsa ratione sui generis. Non enim dividitur linea nisi in lineas. Plures autem albedines eisdem specie sine subiecto imaginari, est impossibile; & sic patet q. albedo non dividitur nisi ex subiecto, & propter hoc non posset esse dividitur, nisi esset in aliquo subiecto ad minus in quantitate, sed quantitas habet unde dividetur etiam absque subiecto: & ideo potest per miraculum esse hæc quantitas sensibilis etiam absque subiecto, sicut patet in corpore Christi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si albedo sit sine quantitate esset, iam non esset corporalis qualitas, sed spiritualis, ut ex dictis patet.

AD SECVNDVM dicendum, q. de qualitate spirituali omnino idem dicendum videtur, quod de qualitate corporali dictum est.

AD TERTIVM dicendum, q. cum substantia spiritualis quantitate careat, non potest fieri quod qualitas corporalis sit in substantia spirituali, nisi per modum illum quo potest esse sine quantitate, ut dictum est.

AD QUARTVM dicendum, q. ex hoc ipso q. substantia creata comparatur ad Deum, cõsequitur ipsam aliquod accidens, sicut ipsa relatio creationis, aut servitatis, aut alia similis ratio: unde sicut Deus non potest facere quod creatura non dependeat ab ipso, ita d. non posset facere quod esset absque huiusmodi accidentibus, posset autem facere quod esset absque alijs accidentibus. Accidens autem non habet subiectum ex hoc q. comparatur ad Deum, & ideo nihil prohibet quin Deus facere possit aliquid accidens esse sine subiecto.

AD QVINTVM quod obiecitur contra, patet q. non est eadem ratio de quantitate & qualitate, ut ex dictis patet.

## QVÆSTIO V.

DE INDE queritur de corporibus dñatorū:

¶ Et circa hoc queruntur tria.

¶ Primo, Vtrum corpora dñatorum sint incorruptibilia.

¶ Secundo, Vtrum resurgent cum suis deformitatibus.

¶ Tertio, Vtrum punientur in inferno nerme & fletu corporali.

## ARTICVLVS XI.

Vtrum corpora dñatorum erunt incorruptibilia.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod cor

pus dñatorū non erunt incorruptibilia. Cor

pus

4. d. 44. q. 5.  
2. d. q. 2. o. 3  
c. 6. q. c. 8. 2  
o. 8. o. pat. 10.  
c. 15. & o.  
K. 20.

## QVODLIBET. VII. ART. XII. ET XIII.

**P**us enim non potest esse incorruptibile nisi per naturam ut celeste, uel per gratiam innocentiae ut corpus hominis in primo statu, vel per gloriam, sicut corpus Christi in resurrectione; sed nullum istorum competit corporis damnatorum ergo corpora damnatorum non erunt incorruptibilia.

**S**i dicatur, quod erunt incorruptibilia ex decreto diuinæ iustitiae, ut perperuo puniantur. **C**otira. Culpa non debetur pena perpetua, nisi secundum quod habet aliquid perpetuitatis: sed perpetuitas culpa non est ex parte corporis, sed ex parte voluntatis que eligit perpetuo in peccato manere. ergo diuina iustitia non requirit quod corpus aternaliter puniatur.

**T**2 **P**rat. Corpus non punitur pro peccato animæ, nisi in quantum est organum anime operantis peccatum: sed in aliis actibus potest esse peccatum mortale, in quibus corpus non cōmunicat, sicut patet in peccatis spiritualibus. ergo si aliquis pro eis solis damnetur, corporis eius non debetur pena perpetua.

**T**3 **P**rat. Sicut aliquis damnatur propter peccatum transgressionis, ita damnatur propter peccatum omissionis: sed in omissione nihil cooperatur corpus. ergo non debetur sibi pena perpetua, si propter peccatum omissionis aliquis damnetur; & sic diuinæ iustitia non requirit corpora damnatorum esse incorruptibilia.

**S**ED CONTRA. Remota causa remouetur effectus: sed post resurrectionem cessabit motus celi, qui est causa corruptionis in corporibus. ergo cessabit corruptio, & sic corpora damnatorum erunt incorruptibilia.

**R**ESPON. Dicendum, quod corpora damnatorum erunt incorruptibilia, quia sunt in se sensibili. Incorruptibilitatis autem prima causa & principalis est iustitia diuina, que conservabit corpora damnatorum in perpetuam partem: sed causa secundaria & quasi coadiuvans erit quies motus celi, quo quiete nulla astio, vel passio poterit esse in corporibus pertinens ad transmutationem naturæ. Vnde & corpora damnatorum non patiuntur ab igne passione naturæ, qua natura corporis humani trahitur natura sua, sed patientur passione animæ, sicut organum sensus a sensibili suscipiendo similitudinem qualitatis sensibili.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procedit ex insufficieti divisione. Est n. hic alia causa incorruptionis a rebus quæ tanguntur in obiectu. sed decretum diuinæ iustitiae quamvis possit dici aliquo modo, quod etiam per naturam erunt incorruptibilia, in quantum remouent naturale corruptionis principium, scilicet motus celi.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod peccatum & rationem culpe, & perpetuitatis habet ex aia non ex corpore. Vide sicut corpus punitur pro peccato, in quantum est instrumentum peccati ratione culpe habentis ab anima, ita perpetuo puniri debet, in quantum est instrumentum peccati quod habet perpetuitatem ex voluntate.

**A**D TERTIUM dicendum, quod hec non est rō principaliter, quare corpus punitur pro peccato aia, quia est instrumentum animæ operantis peccatum, sed magis quia est pars esentialis hominis que operatur: propri. n. loquendo homo est qui peccat per animam, & ideo si puniretur anima tantum, non puniretur qui peccauit. l. homo. Nec tamen est utrum quod aliquisactus sit hominis in vita presenti, in quo corpus non cōmunicet, quia quam-

**F**uis in aliis intellectu & partis non communicet corpus sicut instrumentum aius, communicat ramen sicut representans obiectum, quia obiectum intellectus est phantasma, sicut coloribus, ut dicitur in 3. de anima. Phantasma autem non est sine organo corporali, & sic patet quod etiam intelligendo, & in aliis aliis actibus anime vñimur aliquo modo corpore.

**A**D QUARTVM dicendum, quod pro peccato omissionis non damnatur aliquis, quia aliquid agatur, sed quia omittitur illud quod est debitu fieri ab aliis, & a corpore, in quantum corpus cōmunicat aliis animæ, & ita codem modo peccatum transgressionis & omissionis pertinet ad corpus & anima.

### ARTICVLVS XII.

**V**trum corpora damnatorum resurgent sine deformitatibus.

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod corpora damnatorum resurgent sine deformitatibus. Resurreccio. n. fiet diuina iustitate, quæ perfecit similitudinem: sed iustitiae pœctæ pœcta est ope & effe ctus. ergo sicut corpora resurgentia erit pœcta, ita corpora damnatorum resurgent sine deformitatibus.

**S**ED CONTRA est, Sapientia. n. Per quod peccatis, per haec & torqueret: sed damnati peccaverunt per corpora deformitatibus haec. ergo refutentur corpora deformitatibus.

**R**ESPON. Dicendum, quod deformitas in corpore potest esse duobus modis. Uno modo, ex defectu aliquius membrorum, & talis deformitas, ut cōtetur, in corporibus damnatorum non est, quod resurgent incorrupti. si defectu aliquius membrorum, ut sic totum corpus puniatur in reprobis, & punitur in cœlesti. Alio modo potest esse deformata, ut defectus corporis ex indebita proportione huiusmodi, & sicut gibb. accedit ex superabundante carnis in aliqua parte, & de tali deformitate, vel defectu est duplex opinio. Quidam. n. artedentes damnationem reproborum, ut n. hil. eis mali deset, dixerunt quod talibus deformitatibus non carbeant. Alii vero attendentes iururem resuscitantis, qui sicut naturam condidit in opere creationis, ita naturam in resurrectione reparabit, dicunt quod omnes defecuti qui ex nütio naturæ acciderint, author naturæ amuerint, ut febrē, & hmōi. sed defectus qui ex prava voluntate processerint, in reprobis remanebunt, sicut sunt mactū, & reatus peccatorum. Quidam item horum verius sit, Augustinus in Ench. sub aio. relinquit dicens, quod nulla debet esse quod de punitudine illorum, quorum est certa damnatio.

His viis facile patet solutio ad obiecta.

### ARTICVLVS XIII.

**V**trum corpora damnatorum punientur uermibus, & fleu corporalibus.

**A**D TERTIUM sic proceditur. Videlicet quod corpora damnatorum punientur uermibus, & fleu corporalibus. Dicitur. n. Iudith ultimo. Probit igit & uermes in carnes eorum: sed uermis in ritualis non datur in carnes, sed magis in anima, ergo uermis, quo reprobis punientur, non est tantum spiritualis, sed etiam corporalis.

**T**2 Item Luce 13. dicit quedam gl. quod per fleum, quem dominus reprobis committatur, potest probari uera corporum resurrectione, quod non est illius ille est tantum spiritualis, ergo &c.

**S**ED CONTRA est, quod uermis quo punientur reprobis,

reprobi, est immortalis, Isa. vi. Vermis eorum non morietur: sed nullum animal habet ordinem ad immortalitatem, nisi homo. ergo vermis ille non erit materialis.

¶ 2 Præt. In fletu corporali sit quædam resolutio lacrymarum: sed omne corpus finitum a quo aliquid

continue resolutur, nisi fiat aliqua restauratio, tan-

dem consumitur: cum ergo in corporibus damnato-

rum nulla restauratio fiat desperata, ut quod fletus

qui erit in eis perpetuus, non erit materialis.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc Augu. li. 10. de ciu. Dei, ponit diuersas opiniones sic dicens. In pœnis malorum, & inextinguibilis ignis, & ui-

uacissimus vermis ab alijs atque alijs, alter atque alter est expofitus. Alij quippe verumq; ad animum retulerunt, alijs utrumque ad corpus, alijs ad corpus

igneum, ad animam tropice vermis, quod esse cre-

dibilius uif.

Vnde sequentes Augu. dicimus quod vermis

ille erit spiritualis, ut ipse regnus confe-

tia interius animam corrodens uermis dicatur, &

similiter fletus erit spiritualis: ut ipse dolor fletus,

etiam sine lacrymarum emisione, vt fletus dicatur

non solum dolor anima, sed dispositio qua corpus

disponitur, anima dolente.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod locutio-

illa tropica est, & sic possumus per carnes exponere

animas impiorum qui carnales fuerunt.

AD SECUNDUM Dicendum, quod fletus corpo-

ralis modo praedito sine lacrymarum emisione

sufficit ad veritatem resurrectionis inuincandam.

Si tamen sustineretur quod uermis & fletus essent

corporales, posset dici quod diuina iurite & uer-

misile sustentaretur, & lacrymarum desperatio-

restauraretur.

### QUÆSTIO VI.

D EINDE queritur de sensibus sacrae scripturae:

¶ Et circa hoc queruntur tria.

¶ Primo, utrum præter sensus literales in uerbis sa-

cripturæ alii sensus lateant.

¶ Secundo, De numero, sensuum sacrae scripturae.

¶ Tertio, utrum illi sensus inueniantur in aliis scri-

pturis.

### ARTICULUS XIX.

Vtrum in eisdem uerbis sacrae scripturae lateant plu-

res sensus.

AD PRIMUM sic proceditur. Vide quod in ei-

dem uerbis sacrae scripturae non lateant phr-

ses sensus, quia dictiōibus semel sumptis non est

utendum equinoce, ut multiplicetur: sed plurali-

tas sensuum facit multiplicem locutionem, ergo

in eadem locutione sacrae scripturae non possunt

plures sensus latere.

¶ 2 Præt. Sacra scriptura ordinaria est ad intellectum

secundum illud ps. 18. Declaratio sermonum tuorum

dat intellectum sed multiplicitas sensuum ob-

nubilat intellectum, ergo non debent in sacra scri-

ptura multi sensus esse.

¶ 3 Præt. Id quod potest esse occasio erroris, dicitur

sacra scriptura uitari: sed ponere alios sensus præ-

ter literalem in scriptura potest esse occasio erroris, ga-

quilibet posset exponere sacram scripturam secun-

dum quod ipse uellet ad confirmationem opinionis sue,

ergo non debent esse plures sensus in sacra scriptura.

¶ 4 Præt. Aug. dicit 2. super Gen. ad literam, quod

maior est sacrae scripture authoritas, quam omnis

humani ingenii p̄spicacitas, ergo ille sensus q; non

A hæc autoritatem ad aliquid confirmandum, non est conueniens sensus sacrae scripture: sed nullus sensus præter literale hæc robur ad aliquid confirmandum patet per Dion. in epist. ad Titum. Dicitur, quod symbolica theologia, i. quæ ex similitudinib; procedit, non est argumentativa, ergo sacra scripture alios sensus præter literalem non habet.

¶ 5 Præt. Quæcumque sensus ex verbis aliquius scripsi trahatur, quem author non intendit, non est sensus proprius, quia author per unam scripturam non potest intelligere nisi unum, quia non continet plus quam unum intelligere, secundum Philosophum, ergo non possunt esse plures sensus proprii sacrae scripture.

B SED CONTRA est, quod dicitur Dani. 12. Pertran-

sibunt plurimi, & multiplex erit scientia.

¶ 2 Præt. Hieron. dicit in prologo Bibliae, loquens de Apoc. In uerbis singulis multiplices latent intelligentia.

C R E S P O N. Dicendum, quod sacra scripture ad hoc diuinus est ordinata, ut per eam nobis ueritas manifestetur necessaria ad salutem: manifestatio autem, ut expressio alicuius ueritatis potest sic de aliquo, rebus & uerbis, in quantum uerba significant res, & una res potest esse figura alterius. Actor autem rerum non solum potest uerba accendi, modare ad aliquid significantium, sed et res potest disponere in figuram alterius, & secundum hoc in sacra scripture manifestat ueritas dupliciter. Vno modo, secundum quod res significantur per uerba, & in hoc consistit sensus literalis. Alio modo, secundum quod res sunt figura alterum rerum, & in hoc consistit sensus spiritualis, & sic sacra scripture plures sensus competunt.

D AD PRIMUM ergo dicendum, quod varietas sensuum, quoru; unus ab alio non procedit, ac multiplicitatem locutionis: sed sensus spiritualis semper fundatur super literale, & procedit ex eo, unde ex hoc quod sacra scripture exponitur literaliter, & spiritualiter, non est in ipsa aliqua multiplicitas.

E Ad 11. dicendum, quod secundum quod Ang. dicit in lib. de doctrina christi. Ut ille est a Deo dispositum, ut ueritas in sacra scripture cunctaque difficultate manifestetur. Et enim hoc uirtus tollendum fastidium, quia ad ea quia sunt difficulta, maior surgit attentio, quæ tedium tollit. Similiter ex hoc tollitur superbiendi occasio, domino difficile dupliciter sacrae scripture capere potest. Similiter per hoc ueritas fidei ab iniuione infidelium defenditur. Vnde Dominus Matthæi 7. Noli te, inquit, sanctum dare canibus. & Dion. Timotheum monebat, ut sancta ab immundis in contaminata serueret, & ita patet quod expedit ueritatē fidei sub diuersis sensibus in sacra scripture tradita.

F A D 11. dicendum, quod sicut dicit Ang. in lib. de doctrina christi. Nihil est quod occule in aliquo loco sacrae scripture tradatur, quod non alibi manifeste exponatur. Vnde spiritualis expositio semper deberet habere fulcimentum ab aliqua literali expositione sacrae scripture, & ita uitatur omnis erroris occasio.

G A D 11. dicendum, quod non est pp defectionem au-  
thoritatis, quod ex sensu spirituali non potest trahi cito-  
cax argumentum, sed ex ipsa natura similitudinis, in  
qua fundatur spiritualis sensus. Vna n. res plurim,  
similiter esse potest, unde non potest ab illa, quando in  
scriptura sacra proponitur, procedi ad aliquam illa-  
rum determinate, sed est fallacia eodem sensu. Ver-  
bi gratia, leo pp aliquam similitudinem signifi-  
cat

Q VODLIBET. VII. ART. XV.

eat Christum & diabolum. Vnde per hoc quod aliquid de leone dicitur in sacra scriptura, ad neutrum potest fieri processus, in sacra scriptura argumentando.

AD QUINTVM dicendum, quod auctor principialis sacre scripturae est spiritus sanctus, qui in uno verbo sacra scriptura intellexit multa plura, quia per expostores sacra scriptura exponuntur, vel discernantur; nec est etiam inconveniens, quod homo qui fuit auctor instrumentalis sacre scripturae, in uno verbo plura intelligere, quia propheta, ut Hier. dicit super Osse, ita loquebantur de factis presentibus, quod etiam intenderent futura significare. Vnde non est impossibile simul plura intelligere, in quantum una est figura alterius.

ARTICULUS XV.

Vtrum debeant distinguiri quatuor sensus sacre scripturae.

**A** secundum sic proceditur. Videtur quod non debeat distinguiri quatuor sensus sacre scripturae. Historialis vel literalis, allegoricus, moralis, & anagogicus. Sicut enim in sacra scriptura aliqua figurata dicuntur de Christo, ita etiam figurata dicuntur de multis aliis hominibus, sicut Dan. 8. per hunc caputum significatur rex gracorum: sed huiusmodi figuratae locutiones non faciunt aliquem sensum praeter literalium in sacra scriptura. ergo nec sensus allegoricus, per quem exponuntur de Christo ea quae in figura ipsius precesserunt, debet alius sensus ab historico ponи.

¶ 2 Præt. Una est ecclesia capitii & membrorum: sed sensus allegoricus videtur pertinere ad caput ecclesie, i.e. Christum: sensus moralis videtur pertinere ad membra eius, scilicet fideles. ergo sensus moralis non debet ab allegorico distingui.

¶ 3 Præt. Moralis sensus est, qui ad morum instructionem pertinet: sed sacra scriptura in pluribus locis secundum literalem sensum mores instruit. ergo moralis sensus non debet distingui a literali.

¶ 4 Præt. Sicut Christus est caput ecclesie militantis, ita est caput triumphantis, nec est alius, & alius Christus. ergo nec sensus anagogicus, per quem aliqua exponuntur de ecclesia triumphantre, debet esse sensus ab allegorico, quo aliqua exponuntur de Christo & ecclesia militante.

¶ 5 Præt. Si isti quatuor sensus essent de necessitate sacre scripture, qualibet pars sacrae scripture deberet hos quatuor sensus habere: sed hoc falsum est, ut n. Aug. dicit super Genesim ad literam. In quibusdam sensus literalis querendus est solus. ergo hi quatuor sensus non sunt de necessitate expositionis sacre scripture.

Sed CONTRA est, quod Aug. dicit in 1. super Genesim ad literam. In omnibus libris sanctis oportet in tueri quae ibi aeterna inveniuntur, quae ibi facta narrantur, quae futura preannuntiantur, que agenda praecipiuntur. Primum autem pertinet ad sensum anagogicum: secundum ad historicum: tertium ad allegoricum: quartum ad moralem. ergo quatuor sunt sensus sacrae scripture.

¶ 2 Præt. Beda sup. Gen. in p[ro]p[ter]a dicit. Quatuor sunt sensus sacrae scripture, historia, quae res gestas locutio[n]is allegoria, in qua aliud ex alio intelligitur: tropologia, i.e. moralis locutio[n]is, in qua de moribus ordinandis tractatur: anagogia, per quam de summis & celestibus tractatur ad superiora reducimur.

RESPON. Dicendum, quod distinctione istorum quatuor sensuum hoc modo accipi debet. Sicut enim dictum est, sacra scriptura veritatem quam tradit, du-

F pliciter manifestat, per verba, & per terciis figuris. Manifestatio autem quae est per verba, facit se[nt]um historicum, siue literalem, unde totum id ad sensum literalem pertinet, quod ex ipsa uerborum significacione recte accipitur; sed sensus spiritualis, ut dictum est, accipitur, vel consistit in hoc, quod quedam res per figuram aliarum rerum exprimitur, quia visibilis solent esse figurae insensibilium, ut Dionysius dicit. Inde est quod sensus iste qui ex figuris accipitur, spiritualis vocatur: ueritas autem quam sacra scriptura per figuras rerum tradit, ad duo ordinanda, ad recte credendum, & ad recte operandum. Si ad recte operandum, sic est sensus moralis, qui a nomine tropologicus dicitur. Si autem ad recte credendum, oportet distinguere secundum ordinem creditibilium, vt n. Dion. dicit 4. ca. cel. hierar. Status eccl[esi]e medius est inter statum synagoga, & statum eccl[esi]e triumphantis. Vetus ergo testamentum figura fuit noui, uetus simul & nouum figura sunt celestium. Sensus ergo spiritualis ordinatus ad recte credendum, potest fundari in illo modo figuratis, quo uetus testamentum figurat nouum, & sic est allegorius sensus, vel typicus, secundum quod ea quae in iueneri testamento cōtinguntur, exponuntur de Christo & eccl[esi]e: vel potest fundari in illo modo figuratis, quo nouum simul & uetus significat eccl[esi]am triumphantem, & sic est sensus anagogicus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hinc, vel alia huiusmodi, per quae aliae personæ a Christo in scripturis designantur, non fuerunt res aliqua, sed similitudines imaginariae ad hoc speciem ostendit, ut illæ personæ significarentur. Unde illa significatio, qua per illas similitudines pertinet ille, aut regna designatur, non pertinet nisi ad historium sensum: sed ad Christum designandum est illa quae in rei veritate continguntur, ordinantur sicut umbra ad veritatem: & ideo talis significatio, qua per huiusmodi res Christus, aut eius membra significatur, faciliter sensus præter historicum allegoricus. Si alicubi uero inueniatur, quod Christus significatur per huiusmodi imaginarias similitudines, illa significatio non excedit sensum literale, sicut Canticus significatur per lapides, qui exclusus est de monete sine manibus, Dan. 2.

AD SECUNDUM dicendum, quod sensus allegoricus non solum pertinet ad Christum ratione capitii, sed etiam ratione membrorum: sicut quod per duodecim lapides electos de Iordanie, Ioseph 7. significantur duodecim Apostoli. Sed moralis sensus pertinet ad membra Christi, quantum ad propriae eorum actus, & non secundum quod considerantur ut membra.

AD TERTIUM dicendum, quod moralis sensus non dicitur omnis sensus, per quae mores instruuntur, sed per quem in structio[n]e morum sumuntur ex similitudine aliquarum rerum gestarum. Sic n. moralis sensus est pars spiritualis, quod nunquam est idem sensus moralis & literalis.

AD QUARTVM dicendum, quod sensus allegoricus pertinet ad Christum, sicut quod est caput eccl[esi]e militantis iustificans eam, & gratiam infundens: & sensus anagogicus pertinet ad eum sicut quod est caput eccl[esi]e triumphantis glorificans eam.

AD QUINTVM dicendum, quod quatuor isti sensus non attribuuntur sacra scripture, ut in qualibet eius parte sit in istis quatuor sensibus exponenda, sed quod istis quatuor, quandoque tribus, quandoque duabus, quandoque vno tantum. In sacra scriptura præcipue ex priorib[us], posteriora significantur, & iō-

qua-

quandoque in sacra scriptura secundum sensum literalem dicitur aliquid de priori, quod potest spiritu ritualiter & posterioribus exponi, sed non conatur significari. Inter omnia autem quae in sacra scriptura narrantur, prima sunt illa que ad vetus testamentum pertinent, & ideo que secundum literalem sensum ad facta veteris testamenti specificant, possunt quatuor sensibus exponi. Secunda uero sunt illa, que pertinent ad statum praesentis Ecclesie, in quibilia sunt priora que ad caput pertinent, respectu corum que pertinent ad membra, quia ipsum corpus uerum Christi, & ea que in ipso sunt gesta, sunt figura corporis Christi mystici, & corum que in ipso geruntur, ut in ipso. s. Christo exemplum uiuendi sumere debeamus. In Christo etiam futura gloria nobis praeconstrata est, unde ea que ad literam de ipso Christo capite dicuntur, possunt exponi & allegorice referendo ad corpus eius mysticum, & mortaliter referendo ad actus nostros, qui secundum ipsum denuo reformari, & anagogice, in quantum in Christo est nobis sita gloria demonstratum. Sed quoniam secundum literalem sensum dicit aliquid de Ecclesia, non potest exponi allegorice: nisi forte ea que dicuntur de primitate Ecclesie, exponantur quantum ad futurum statum Ecclesie praesentis, possunt tam exponi moraliter, & anagogice. Ea uero que moraliter dicuntur secundum sensum literalem, non consueverunt exponi nisi allegorice. Illa vero quoniam sensum literale pertinet ad statum gloriae, nullo alio sensu consueverunt exponi, eo quod ipsa non sunt figura aliorum, sed ab omnibus aliis figurata.

## ARTICULUS XVI.

**V**trum in alijs scripturis predicti sensus distinguendi debant:

**A**RTICULUS XVII.

**D**ICENDUM sic proceditur. Videatur, quod in alijs scripturis predicti sensus distinguendi debant. Sensus enim spirituales in sacra scriptura accipiuntur ex quibusdam similitudinibus: sed in alijs scientijs proceditur etiam ex quibusdam similitudinibus: ergo in scripturis altiarum scientiarum possunt sensus plures inueniri.

**P**rat. Poetica artis est veritatem rerum aliquib. similitudinib. fictis designata. ergo uidetur quod & in dictis poetarum sensus spirituales inueniantur, & non solum in sacra scriptura.

**P**rat. Phil. dicit, quod qui dicit unum, quodammodo multa dicit. ergo uidetur quod in aliis scientijs in uno sensu possint designari plures, & sic non solum sacra scriptura hos sensus spirituales habet.

**S**ED CONTRA est, quod dicit Gre. 22. moralium. Sacra scriptura omnes scientias arque doctrinam ipso etiam locutionis suae more transcendit, quia uno eodemque sermone dura narrat gestum, prodit mysterium.

**R**ESPON. Dicendum, quod spiritualis sensus a cræ scriptura accipitur ex hoc, quod res cursum suum peragentes significant aliquid aliud, quod per spiritualem sensum accipitur. Sic autem ordinantur res in cursu suo, ut ex eis talis sensus possit accipi, quod eius solius est qui sua prouidentia res gubernat, qui solus Deus est. Sicut enim homo potest adhibere ad aliqd significandum alias uoces, vel aliquas similitudines fictas, ita Deus ad significandum aliquorum ipsorum cursum rerum suorum prouidet: subiectarum. Significare ataliqd per uerba, uel per similitu-

dines fictas, ad significandum tantum ordinatas, non facit nisi sensum literalem, ut ex dictis patet. Vnde in nulla scientia humana industria inventa proprie loquendo, potest inueniri, nisi literalis sensus, sed solum in ista scriptura, cutus spiritus sanctus est auctor, homo uero instrumentum, secundum illud psalmi. Lingua mea calamus scribax &c.

**A**ND PRIMUM ergo dicendum, quod in aliis scientijs proceditur ex similibus argumentando, non quod ex verbis, quibus una res significatur, significatur, & alia res.

**A**ND SECUNDUM dicendum, quod fictiones poeticæ non sunt ad aliud ordinatum, nisi ad significandum, unde talis significatio non superceditur modum literalis sensus.

**A**ND TERTIUM dicendum, quod qui dicit unum, quodammodo dicit multa, scilicet in potentia, secundum quod conclusiones sunt potentia in principiis. Ex uno enim principio multe conclusiones sequuntur, non quod in aliis scientijs per modum significacionis quod dicitur de una re, simul de aliis intelligatur, ut significatum, licet inde trahi possit per argumentationem &c.

## QUESTIO VII.

**Q**UESTIO est de opere manuali; circa quod queruntur duo.

**P**rimo, Vtrum operari manibus sit in precepto. Secundo, Vtrum ab hoc precepto excusat ille, qui spiritualibus operibus uacant.

## ARTICULUS XVII.

**V**trum operari manibus sit in precepto.

**A**ND PRIMUM sic proceditur. Videatur, quod operari manibus sit in precepto, 2. ad Thess. 3. Si quis non uult operari, non manducet. Audiuitus, enim &c. gl. Quod ideo principio, quia audiuitus, ergo &c.

**P**rat. Aug. in lib. de opere monachorum. Audiant ergo quibus hoc preceptum Apostolus, qui non habent hanc potestacem.

**P**rat. Nullus debet excommunicari, ut iura dicunt, nisi pro mortali: sed nullus peccat mortali, tamen nisi contra præceptum faciens. cum ergo ille qui cessat ab opere manuali, iure possit excommunicari, ut patet per illud quod dicitur 2. ad Thessal. 3. Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc noteat, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur. uidetur ergo quod operari manibus sit in precepto.

**P**rat. Ille qui peccauit tenetur poenam debitam pro peccato subire ex necessitate præcepti: sed omnes in Adam peccauerunt, ad Roma 5. poena autem peccati Adæ est labor manualis, Gen. 3. In fidore vultus tui vesceris pane tuo. ergo omnibus est præceptum manibus laborare.

**P**rat. Ad Ephesios 4. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laborent operando manibus. gl. Laborerit operando non solum per seruos, sed etiam manibus: illud autem quod ad omnes pertinet, est præceptum, non consilium. ergo &c.

**P**rat. Labor manualis necessarius est ad sustentationem uitæ corporalis, sicut actus virtutum sunt necessarii ad sustentationem uitæ spiritualis: sed actus uitutum sunt in precepto. ergo & labore manibus.

**P**rat. Illud ad quod sequitur peccatum mortale, non

Quodlib. S. Tho. G po-

VODLIBET. VII. ART. XVII.

**P**otest sine peccato mortali fieri: sed ad non labo-  
rare sequitur non manducare, quod quicque est pec-  
catum mortale. 2. ad Thessa. 3. Qui non operatur,  
non manducet. ergo non operari manib est pecca-  
tum mortale. ergo eius oppositum est in precepto.

**S E D C O N T R A .** Non est contrarium precepto, uel consilium praeceptum Domini, uel consilium, sed  
Dominus uel praeceptendo, uel consulendo, dicit  
Matthei 6. Nolite solliciti esse animas uestræ &c.  
Huic autem contrariatur labor manuum, quia qui la-  
borant manibus, solliciti sunt de necessariis corpo-  
ris. ergo labor manuum non est in precepto.

**T 2 Præt.** Lex uestris, quantum ad precepta moralia  
sufficienter continebat quæ necessaria sunt ad salu-  
tem. Vnde Dominus Matthæi 18. Si uis ad uitam  
ingredi, ferua mandata, & loquitur de mandatis  
decalogi. Vnde subdit, Noa homicidium facies.  
Non furaberis: sed in præceptis ueteris legis nihil  
continetur de labore manuum. ergo labor manuum  
non est in precepto.

**T 3 Præt.** Ad præcepta fernanda oës tenetur: sed ad  
labores non manuum oës tenentur, alias qui sunt  
diuites, & manib non laborant, mortaliter pecca-  
rent. ergo labor manuum non est in precepto.

**T 4 Præt.** Ad præcepta non magis tenetur religio-  
si, quam seculares: sed ad laborandum manibus  
tenduntur magis tenere religiosi, quam seculares.  
Vnde Aug. in lib. de operibus monachorum, mo-  
nachos reprehendit, quia non laborant, non autem  
alios. ergo &c.

**T 5 Præt.** Uſus liberalium artium nobilior est quæ  
mechanicarum, qui in opere manuali constitit: sed  
uſus liberalium artium non est in præcepto. ergo  
multo minus labor manuum.

**R E S P O N .** Dicendum, quod iudicium de vna-  
quaque remundum est lectum finem, ad quæ  
ordinatur. Labor autem manuum ad tria eē utilis  
inuenitur. Primo, ad otium tollendum. unde Hiero-  
ro ad Rusticum monachum. Semper aliquid ope-  
ris facito, ut te diabolus inueniat occupatum, & q̄  
intelligat de opere manuali, patet per illud quod  
subiungit. Vel fiscellam texe in uno, & postea sub-  
dit, In desideriis est omnis otiosus. Secundo, ad cor-  
pus domandum, unde 2. ad Cor. 6. aliis carnis mace-  
rationibus coniungit, ubi dicitur, In laboribus, si  
operum, quia manibus suis operabatur. & subiungit.  
In uigiliis, & ieuniis &c. Tertio, ordinatur ad  
querendum inctum. Actuum 2. Ad ea quæ mihi  
opus erant, & his qui mecum erat, ministraverunt  
manus iste. Si ergo consideretur labor manuum  
secundum quod ordinatur ad tollendum otium,  
uel corpus domandum, sic idem in dictum est de  
labori manuum, & de aliis exercitiis ad eadem  
ordinatis. Non enim est in precepto quod tollatur  
otium tali, aut tali occupatio, sed sufficit ad otium  
tollendum, quacumque licita occupatio ab otio  
quis desistat, & sic occupatio laboris manuum nō  
est in precepto, considerato hoc fine. Et similis est  
rō de labore manuum secundum quod ordinatur  
ad corpus domandū, quia mulieris exercitiis corpus  
domari pōt, sicut uigiliis, ieuniis, & multis hīmōi.  
Vnde nullum eorum in quantum ordinatur ad ta-  
le finem, est in precepto in speciali, quamvis in ge-  
nerali sit in precepto corpus domare qualicunque  
exercitio, quo mortiferæ concupiscentiae reprimā-  
tur. Sedm autem quod ordinatur ad uisum queren-  
dum, sic videtur eē in precepto. Vnde dicitur 1. ad  
Thessa. 4. Operemini manib uestris sicut præcepi-

mus uobis: nec solum in precepto iuris positum,  
sed etiam iuris naturalis. Iha enim sunt de lege na-  
turali, ad quæ homo ex iuris naturalib inclinatur.  
Sicut autem ex ipsa dispositione corporis patet, ho-  
mo naturalem ordinationem habet ad opus manu-  
le, propter quod dicitur, Job 5. Homo ad laborem  
nascitur, & auis ad uolandum. Cum autem alii  
animalib. natura sufficienter prouiderit in his que  
ad sustentationem suę uite pertinent in cibis, & ar-  
mis, & tegumentis homini in his non prouidens  
ipse est prædictus ratione, per quam sibi potest pro-  
videre in omnib. supradictis, unde & erit sibi loco  
omnib. p̄dictori manu conveniens ad diversa ope-  
ra quib. conceptiones rōnis diuersis artificiis ac-  
quarunt, ut dicitur 14. de animalibus. Scindunt  
men est, quod duplex est præceptum legis namq;  
quoddam quod ordinatur ad tollendum defecum ro-  
tius speciei, sicut hoc quod dicitur Gen. 1. Cœcile,  
& multiplicamini, & replete terram. In hoc præ-  
cipit actus generationis, quo natura fauatur &  
multiplicatur. Hoc autem interest inter haedone  
gena præceptorum, quia primum præceptum legis  
natura quilibet tenetur singulariter obseruat, sed  
ad secundum præceptum non tenetur quilibet  
singulariter. In his enim quæ pertinent ad species,  
omnes homines computandi sunt quasi unus ho-  
mo. Participation enim speciei plures homines  
sunt unus homo, ut dicit Porphyrius in eadepo-  
cie. Sicut autem homo unus habet diversa membra,  
quibus occupatur in diuersis officiis ordinatis ad  
tollendum proprium defecum, quoniam possunt  
omnia per unum membrum exerceri, sicut oculus  
videt totum corpus, & pes totum corpus portat  
oportet esse in his quæ ad totum speciem pertinet.  
Non enim sufficeret unus homo ad exercenda omnia,  
quibus humana societas indiget, & iō diversis  
officiis oportet occupari diuersos, ut dicitur Ro-  
mans 12. Sicut enim in uno corpore multi mem-  
bra habemus &c. Hęc autem diuersificatio homi-  
num in diuersis officiis contingit. Primo, ex di-  
uina prouidentia, quæ ita hominum status diffi-  
bit, ut nihil unquam deesse inueniatur de need-  
fariis ad uitam. Secundo, etiam ex causis natura-  
bus, ex quibus contingit quod in diuersis officiis  
sunt diuersæ inclinationes ad diuersa officia, regi  
diuersos modos uiuendi. Quia ergo labore manu-  
alibus potest subvenire & proprio detinere, & de-  
no, cum non possit unus homo in omnibus hoc  
sufficere, sed indiger alieno auxilio, patet quod p̄-  
ceptum de labore manuum quodammodo in-  
tinetur, utrumque generis prædictio, utrum præceptorum con-  
tinetur. In quantum enim labore manuum una  
subvenire necessitatibus aliorum, sic pertinet ad  
secundum genus naturalium præceptorum. In qua-  
rum autem quicunque per hoc sūis necessitatibus fu-  
nit, pertinet ad primum genus, sicut præceptum de  
comendendo. Præceptum autem quod ordinatur ad  
tollendum defecum corporalem, non obligat nisi  
defectu existente: unde si esset aliquis qui posse-  
vere sine cibo, nō obligaretur precepto de comedendo.  
Sic ergo præceptum de labore manuum nō obli-  
gat aliquę singulariter, sed qđ ordinatur ad tolle-  
dum defectum cōm aliquo mō, neq; secundum

quod ordinatur ad tollendum proprium nisi defe-  
ctu existente, & ideo ille qd habet unde licite niuere  
possit, non tenetur manibus operari, quia a se non  
habet unde alias uiuat, vel nisi aliquo illicito nego-  
tio uictum acquirat, tenetur manibus laborare, &  
hoc patet per Apostolum in trib. locis, ubi de ma-  
nuum operatione preceptum dat. Primo, ad Eph.  
4. ubi prohibendo furtum, intungit manuum ope-  
rationem. Qui furabatur, iam non furetur, magis  
autem labore manibus nisi. Secundo, ad Thes. 4.  
ubi praecepit laborem manuum, prohibens concu-  
piscientiam rerum alienarum. Operemini, inquit,  
manibus uestris, sicut praecepimus uobis, ut hunc  
ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid  
desideratis. Tertio, 2. ad Thessalon. tertio ubi prece-  
pit operationem manuum, prohibens turpia negotia,  
quibus aliqui uictum quererant. Audiuimus, inquit,  
inter uos quodam ambulare inquiete, nihil  
operantes, sed curiosi agentes. gl. Qui foeda cu-  
ra sibi necessaria prouident, & subiugit. His autem  
qui huiusmodi sunt, denuntiamus & obsecramus  
in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, pa-  
nem suum manduent. Scindunt etiam est, quod  
sicut visus est principalior inter alios sensus, rone  
cuius omnes alii sensus nomen visus fortuntur, ut  
Aug. dicit: ita manus, quia ad plurima opera nec es-  
saria est, dicit organum organorum in 3. de aia. & iō  
per operationem manualem intelligitur non solum  
quod manibz fit, sed quocumque corporali instru-  
mento, & breuiter quodcumque officium homo  
agit, de quo licite possit uictum acquirere, sub labo-  
re manuum comprehenditur. Non n. v. rationabile  
quod magistri artis mechanica possint uiuere de  
arte sua, & magistri artium liberalium non possint  
uiuere de arte sua. Similiter & aduocati possunt ui-  
uere de parochio quod praestant in causis: & simi-  
liter est de omnibus alijs licitis occupationibus.  
Quia ergo praeceptum est, sed non omnes obligat,  
ideo ad vitrasque rationes respondentem est.

**A D P R I M U M.** ergo & ad secundum patet solu-  
tio ex dictis, quia concedimus laborem manuum  
est in praecepto, non tamen omnes ad hoc singu-  
lariter obligari.

**A D I I I .** Dicendum, qd sicut ex dictis patet, Apo-  
stolus loquit in casu illo, quod pretermisso labo-  
re manuum, de foedis negotiis sibi uictum acquire-  
bant, in quo casu obligabant ad praeceptum ser-  
uandum, & ideo digni erant excommunicati.

**A D I V .** dicendum, quod uerba illa Dei, ma-  
gis sunt praenuntiantis penam, quam precipientis  
satisfactionem. Vnde praemisit. Maledicta terra in  
opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi, &  
similiter mulieri dixit. In dolore paries filios, & ideo  
non sequitur quod ad laborandum quilibet homo  
tenetur ex necessitate praecepti, alias sequeretur qd  
quilibet teneretur ad agriculturam, de qua Domi-  
nus ibi facit mentionem.

**A D V .** dicendum, quod uita spiritualis a nullo  
potest conseruari nisi per actus uitritum, & ideo  
quilibet obligatur ad seruanda praecepta que sunt  
de actib. uitritum: sed uita spiritualis a multis potest  
conseruari sine hoc quod manibz operentur, & iō  
quamvis sit generaliter in praecepto, non tamen qd  
libet obseruationem eius tenetur.

**A D VI .** dicendum, quod non manducare no est  
peccatum mortale, nisi qd sine manducaione vi-  
ta seruari non potest, iunc. n. aliquis non manducan-  
do scipsum occideret. Et similiter non oportet qd

aliquis peccet non laborando manibus, nisi quando  
alias vitam seruare non posset, nisi illicitis curis:  
& ideo cum illicita curis sint modis omnibus fugi-  
endis, sub eadem distinctione posuit. Apostolus non  
manducate, & non operari, dicens. Qui non vult  
operari, non manducet:

**A D P R I M U M.** autem eorum quae in contrarium  
obligantur, dicendum, qd non prohibet Dominus  
Apostolis omnem sollicitudinem, s. de his quae pri-  
ment ad vitrum corporis, alias ipse loculos non ha-  
bitus, sed prohibet sollicitudinem sufficiantem,  
qua mens suffocatur dupliciter. Vno modo, vt in re-  
bus temporalibus finem ponat recte operationis,  
& hoc Deus prohibet. Vnde Aug. dicit in li. de o-  
peribus monachorum, exponens illud. Nolite soli-  
citi esse. Non vt ista non procurent quantum ne-  
cessitatis est, quod honeste poterunt, sed ut ista no  
intueantur, & propter ista faciat quicquid in pra-  
dicacione euangelii facere iubetur, & habetur in  
gl. ad Thess. 4. Secundo, suffocatur mens praedi-  
cti sollicitudine, quando fiduciari de Deo amittit,  
& hoc Dominus prohibere intendit. Vnde dicit  
glossa super illud Matth. sexto. Hoc exemplum non  
prohibet prouidentiam & laborem, s. de auib. & li-  
lii, sed sollicitudinem ut tota fiducia nostra sit in  
Deo, per quam & aucta sine cura uiuant.

**A D S E C U N D U M.** dicendum, qd non omnia que  
sunt in precepto continetur explicite in preceptis  
decalogi, sed ad ea possunt reduci cum implicite  
in eis continetur, & sic praeceptum de labore ma-  
nuum per quem uita corporalis conseruatur, & re-  
ducitur hoc praeceptum. Non occides, sicut etiam  
praeceptum de manducando: uel ad hoc prae-  
ceptum, Non furtum facies, quo omne illicitum lu-  
crum, quod per laborem manuum evitatur, pro-  
hibetur.

**A D T E R T U M.** dicendum, qd in quolibet prae-  
cepto duo sunt consideranda, s. finis praecepti, & pos-  
sibilitas obseruandi: quia omnia praecepta cuiuslibet  
legis sunt ordinata ad aliquod bonum induc-  
dum, vel malum tollendum, nec aliquid impossibilis  
praecepti paret. Vnde dicit Hier. Qui dicit Deū  
aliquid praecepisse impossibile, anathema sit. Si er-  
go sit tale praeceptum quod nullo modo reddi pos-  
sit impossibile obseruandum, & sine eo finis intē-  
tus haberi non possit, obligatio illius praecepti se-  
per manet, sicut est in praeceptis de auib. uitritum,  
quia ad minus actus interiores semper sūt in hoīs  
potestate, & sine eis uita spiritualis conseruari non  
potest, ut dictum est. Duobus ergo modis prae-  
ceptum de oratione manuum obligationem amittit.  
vno modo, quando aliquis redditur impotens  
ad laborandum propter corporis imbecillitatem.  
Alio modo, quando finem huius praecepti, s. con-  
seruationem corporalis uite consequi potest sine  
laboro manum, ut ex dictis patet.

**A D Q U A R T U M.** dicendum, quod ad laborem ma-  
nuum per se loquendo, aequaliter religiosi & lecu-  
lares tenentur, qd patet ex duobus. Primo ex uero-  
bo Apostoli secunda ad Thessalon. tertio. ubi po-  
nit de opere manuum praeceptum, dicens. Sub-  
trahitis uos ab omni fratre ambulante inordina-  
te, &c. Fratres enim omnes christianos uocat:  
non enim tunc temporis aliqui religiosi determinati  
erant. Secundo patet ex hoc, quod religiosi  
non tenentur ad alia quam seculares, nisi ad ea  
quibus se ex uoto obligauerunt, sed per  
accidens contingit, quod hoc praeceptum  
Quodlibet S. Tho. G 2 magis

magis tangit religiosos quam alios, & hoc duplicitur. Primo, quia religiosi in paupertate viunt, unde facilius potest eis accidere quod non habeant unde viuant, quam aliis facultatibus Secundo, ex statuto regulæ in aliquibus ordinib. Vnde dicit Hieronimus epistola ad Rusticum monachum: Aegyptiorum monasteria hunc tenent morem, ut nullum ab aliis opere & labore suscipiant, non tam propter victus necessaria, quænam propter animæ salutem, ne vagetur perniciose cogitationibus, sicut etiam ad vigilias & alia quibus domatur corpus, tenentur quandoque religiosi ex statuto suis, ad quæ facultates non tenentur.

Ad QUINTVM dicendum, quod quamvis usus liberalium artium sit nobilior, non tamen ita est necessarius ad vitam corporis sustentandam. Et præterea sub operatione manuum comprehenditur, sicut ex dictis patet &c.

## ARTICVLVS XVII.

Vtrum illi qui spiritualibus operibus vacant, extensem in labore manuum?

53. q. 187. 27.  
s. o.

**C**IRCA secundum sic proceditur. Videtur quod Cilli qui spiritualibus operibus vacant, non ex cœlantur a labore manuum, tamen ad Thessal. 3. sup illud. Si quis non vult operari, non manducet, dicit gl. Aug. Dicunt quidam de operibus spiritualibus hoc Apostolum præcepisse. & postea subdit. Sed superflue conantur & sibi, & ceteris caliginem obducere, ut quod charitas utiliter monet, non solum facere nolint, sed nec intelligere: & ita uidetur quod per spiritualia opera a labore manuum non excusatentur.

¶ 2. Praet. Inter omnia spiritualia maxima sunt oratio, lectio, & prædicatio: sed per ista opera, non excusatentur aliqui a labore manuali. ergo &c. Probatio media. Aug. dicit in libro de operibus monachorum. Quid agant, qui operari corporaliter non vult, leire desidero &c. vacant orationib. inquit, & lectioib. & uerbo Dei. & postea subdit. Sed si ab his amouendi non sumus, nec manducare non est, nec est præparandum. Si autem ab ista vacare seruos Dei certis interuersis temporum infirmitatis necessitas cogit, cur etiam non præceptis apostolicis obseruantur aliquas partes temporum de putamus? Et quantum ad orationes dicit. Citius exauditur una obedientis oratio, quam decem milia contemnentis. Quantuero ad psallentes, subdit. Cantica diuina cantare, etiam matibus operantes facile possunt, & ipsum laborem diuino tamq. celeumate consolori. Quantuero ad legentes subdit. Qui autem dicunt se lectioi. vacare, nonne illie inueniunt quod præcepit Apostolus? Quæ est ergo ista perueritas, lectioi. non le obtemperare, dum vult ei vacare? Quis enim neciat tanto canto quemcumque proficeret cum bona legit, quādus, citius facit quod legit? Quantum uero ad prædictes subiungit. Si autem alii sermo est, erogatus. & ita se occupat ut manibus operari non uacet, numquid omnes possunt in monasterio uenientibus ad se vel diuinis lectioib. exponere, vel de aliis disputationib. salubriter disputatione? Quando ergo non omnes possunt, cur sub hoc obtentui omnes vacare uolunt? Namquam & si omne possent, uicissitudinem facere deberent, & non solum ut ceteri a necessariis actibus occuparentur, sed quia sufficit ut pluribus audientibus unus loquatur.

¶ 3. Praet. Clerici maxime operibus spiritualibus occupantur, sed ipsi tenentur ad labore manuum, ergo &c. Probatio media. Distinctione 8t. dicit. Clericus uictus, aut uictus sibi artificio, vel agricultura, ab aliis officiis sui dum taxat detrimento, prepareret. Item i alio capitulo. Clericus qui uerbo Dei eruditus est, artificio quietum querat idem. Omnes clericis, qui ad operandum validi sunt & artificia, & literas dicant.

¶ 4. Praet. Religiosi qui omnia reliquerunt, maxime operibus spiritualibus vacante sed tales tenentur ad manuum labore, ergo &c. Probatio media. Lu. 12. Vendite quæ possidetis, &c. Non tantum eis uestros communice pauperibus, sed etiam ostendite possessiones uestras, ut omnibus uestris finali pro domino spretis, postea labore manuum reminiuntur, unde uiuatis, & elemosynam faciatis.

¶ 5. Praet. Decretum dicit distinctione 22. quod ille est hereticus, qui facit contra statutum ecclesie Romanae: sed illi qui mendicant non laborantes propriis manib. faciunt contra statutum Calvini par. 22. quod. Videntes summi sacerdotes & cuiuslibet officiis ecclesie statuit, quod inter eos qui communi uita de gere uolunt, nullus egens inueniatur, ergo religiosi propter opera spiritualia non exequantur labore manuum, immo si mendicant, sunt hæretici.

¶ 6. Praet. Ille qui se exponit periculo mortis, peccat quasi tentans Deum, sicut si quis uideret ursu venire in forta, & deponeret arma quib. posset se defendere, tentaret Deum: sed ille qui relinquit eis, & non laborat manibus, abiecit a le uocis eiusque, restitutus consumptio qui fit in corpore gallo naturali ergo talis peccat quasi tentans Deum.

¶ 7. Praet. Ad Phil. 3. dicit Apo. Imitatores mei estote fratres: sed ipse quamvis prædicat animam suam abscindit sub bonis operationis & contemplationis regimine, ita & illi qui operibus spiritualibus inuesti per contemplationem, debent et operibus exterioribus vacare per actionem, & sic opera spiritualia ab excusant a labore manuum.

I SED CONTRA. Luca 9. Sine ut mortui cepiant mortuos suos, dicit gl. Dominus docet minoribus pro maioribus esse dimittendas, sed opera spiritualia sunt maiora bona quam opera manualia. ergo debet hæc prætermittere propter illa.

¶ 2. Praet. Operas pietatis sunt potiora, quæ exercita corporalia, i. ad Tim. 4. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia ualebit, sed opera misericordie, & pietatis sunt dimittenda, ut vacetur prædicacioni. Actuum 6. Noi efficiemus nos relinqueremus uerbum Dei & c. Luca 9. Si ne mortuos cepierem mortuos suos, ut autem uade, & annuntiari regnum Dei, ergo multo fortius propter prædicacionem, & alia opera spiritualia est dimittendum opus manuali, & alia que ad exercitiationem pertinent corporalem.

¶ 3. Praet. 2. ad Timotheum 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, glori. Illa sunt secularia negotia, quibus animus occupatur collig.

QVODLIBET. VII. ART. XVII.

51

de pecuniae cura: sed qui operantur manib. hent curam de colligenda pecunia ergo implicatur negotijs secularibus, & ita illi qui militant Deo in spiritualibus operibus, non debent operib. mannum occupari.

**R**ESPON. Dicendum quod aeritas huius questionis apparet ex his, quae in superiori questione sunt dicta. Dictum est enim supra, quod illi fatum obligant ad observationem huius precepti, scilicet de opere manuum, qui non habent alias unde licite uiuere possint: & ideo qui spiritualia opera exercunt, & possunt alias licite uiuere quam de labore manuum, non tenentur manibus laborare. Vnde distinguendum uidetur de operibus spiritualibus. Sunt enim quedam bona spiritualia qua in bonum commune cedunt, quedam vero quae ad singularēm profectum facientis pertinent. Eis autem qui in spiritualibus operibus occupantur ad utilitatem communem pertinentibus debet prouideri de his, quorum utilitatem deseruiunt, quod patet per authoritatem 1. ad Corin. 9. Si nos uobis spiritualia seminarimus, magnum est si carnalia uestra metamus? Hoc etiam patet per rationem, quia utilitas spiritualis praesertim corporali. Eis autem qui utilitati communii deseruiunt, in temporalibus debetur sustentatio ex proprio labore, quo uilitati communii deseruiunt: sicut patet de militibus, qui pro pace reipublicae militant, unde 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendijs umquam? Vnde multo magis quae in spiritualibus bonum promouent, in tali ministerio sustentari possunt, & sic non tenentur manibus laborare. Sunt autem quatuor opera spiritualia, quibus communis utilitas promouetur, & ex hoc eis stipendia debentur. Primum est occupatio in iudiciis ecclesiasticis exequendis. Dicitur enim ad Roman. 13. de potestate seculari, quae iudicium secularē exercet. Ideo & tributa praefatis felicet iudicibus ministerii enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes vobis. Et propter hoc Aug. dicit in lib. de operibus monachorum, quod debent manuum operibus insister illi distinxat, qui ab ecclesia fiscis occupationibus uacant, unde & se excusat a labore manuum propter iudicia ecclesiastica, quibus occupabantur, dicens. Quamquam dicere possumus, Quis militat suis stipendijs umquam & car. tamen Dominum nostrum Iesum Christum testem in uoco supernam meam, quoniam quantum ad meum accinet commodum, multo male per singulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid operari manibus, & certas horas habere ad orandum & legendum, aut aliquid de diuinis literis agendum liberas, quam tumultuosissimas perplexitas aliarum causarum parti de negotiis secularibus vel iudicando dirimendis, vel interueniendo praependi. Secundum opus spirituali, quod in bonum commune redundant, est opus prædicationis, quo fructus animarum in populo procreatur: & ideo, ut dicitur ad Cor. 9. Domini minus ordinavit his, qui euangelium annuntiant, de euangeliō uiuere. Nec debet hoc referri tam ad illos qui habent authoritatem prædicandi, scilicet sunt prælati, sed etiam ad eos qui qualitercumque licet prædicat ex commissione prælatorum: quia stipendia non debetur potestati, sed operi & labori, ut dicitur 2. ad Timoth. 2. Laborantes agricolam oportet primum de fructibus percipere: glo. scilicet prædicatorem qui in agro ecclesiæ lectione uerbi excolit corda auditorum: nec tantum illi qui prædicant, possunt de euangeliō uiuere, sed etiam illi

A qui eiis ministrant ad hoc officium cooperantes, quod patet ad Roma 15. Si spiritualium participes facti sunt gentiles, debent etiam in carnalibus ministri strare eis, gl. eorum. si Iudeorum, qui miserunt predicatores ab Hierosolymis. Vnde etiam illi qui predicatores mittunt, possunt de fructu euangeliū uiuere. Tertium opus spirituale quod credit in bonū cōcē, sunt orationes, quae sunt in horis canonicas ad salutem ecclesie, ut auertatur ira Dei a populo, Ezech. 13. Non opposuitis nos murum pro domo Israel, vt statet in prælio in die dñi. gl. Precib. dimicantes, & diuinæ sententiae resistentes. Et ideo dicitur 1. ad Cor. 9. quod qui alterio deseruiunt, cum altario participant, & de his duobus operibus dicit Aug. in lib. de operibus monachorum. Si euangeliū sunt, fateor habent potestatem. si uiuendi de subtilibus fidelium, quia de hoc loquitur. Si ministri altaris, dispensatores sacramentorum sunt: unde sibi istam non arrogant, sed uēdican potestatem. Quartum opus spirituale quod redundat in bonū commune, est elucidatio facrē scripture. Qui in elucidatione facrē scripture uacant ad alios instruendum, possunt de hoc opere spirituali uiuere 1. ad Tim. 5. Qui bene præfunt presbyteri duplice honore digni habeantur, maxime autem qui laborant in uerbo & doctrina. gl. Vt eis spiritualiter obediāt, & exteriora ministrant. Qui laborant in uerbo: gl. in exhortatione scientiū, & doctrina nesciētiū, & hoc est planius dicit Hiero. ad Vigilantium. Hec in Iudea usque hodie perseverat consuetudo non solum apud nos, sed etiam apud Hebraeos, ut qui in lege domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra nisi solum Deum, synagogarum totius orbis souuentur ministerijs. Patet ergo quod illi qui prædicti s operibus spiritualibus uacant, non tenentur manibus laborare. De his autem quae uacant spiritualibus, quae non directe in bonum commune redundant, sed in bonum faciētis, sicut sunt orationes priuatae, ieunia, & huiusmodi, distinguendam est, quia aut illi qui in religione istis operibus occupantur, habent in saeculo unde uiuerent sine labore manuum, aut non. Si sic tales cum ad religionem ueniunt, non tenentur manibus laborare: unde Augustinus in libro de operibus monachorum. Si habebat aliquid in hoc saeculo, quo facile sine opifice sustentarent uitem suam, quod conuersi ad Deum indigentibus dispergit sunt, & credenda corum infirmitas & ferenda. Solent namen: tales languidius educati labore corporalem sustinere non posse. Si autem in saeculo opifices fuerint de labore manuum uiuentes, tunc ex duplice causa venientes ad religionem possunt labore manū intermittere. Vno modo ex pigritia operandi uolentes in orio uiuere, & tales peccant, & hoc est quod dicit Augustinus in predicto libro. Plerumque uenient ad professionem seruituris Dei & ex professione seruili, & uita rusticana, & ex opificum exercitatione & plebeio labore, & pofta subdit. Tales ergo secundum quod mihi operantur, de infirmitate corporis exculari non possunt: præterea quod per uitam confuetudine coiuincuntur, & interponit. Non enim apparet, utrum ex proposito seruituris Dei uenerint, an uitam inopem & laboriosam fugentes. Alio modo, intermittit aliquis opus manuale ex intentione diuini amoris, quoad opus contemplationis quasi continue eleuator: tales cum spū Dei agantur, non peccant, quia ubi spiritus domini, ibi libertas. Vnde Gregorius dicit super Ezechielē. Cōtemplativa uita est charitatem Dei & pxi.

Quodlib. S.Tho. G 3 mi

Q VODLIBET. VII. ART. XVIII.

mi toto corde retinere ab exteriori actione quiescere, soli deudorio conditoris inhætere, ut nihil iam agere libeat, & hoc idem habetur in quadam gl. Gene.23. Confirmatus est ager &c. Contemplativa uita a cunctis actionibus funditus diuidit. & hoc est quod habetur Matthaei 6.in gl. super illud. Considerate uolatilia cœli &c. Sancti uiri auibus comparantur, quia cœlum pertinet, & quidem ita remoti sunt a mundo, ut iam in terris nihil agant, nihil laborent, sed sola contemplatione iam in cœlo degunt.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod glosa illa sumitur ab Aug. Ab, de operib. monachorū, qui librum illum scriptū contra quosdam monachos, qui dicebant q̄ non licebat seruis Dei manib. labo rari. & hoc q̄ dicit Apostolus, Qui non uult operari, non manducet, exponēbant de opere spiritua li, quam positionem Au. in li. illo multipliciter improbat. Vnde dicendum est, q̄ illud Apostoli. Qui non uult operari, non manducet &c. de opere manuali intelligitur, non tamen sequitur quod huius modi impletionem precepti omnes teneantur: ipse. non tenebatur, unde præmisit, non quasi nō habuerimus potestatem, scilicet, sumptus accipendi & uiuendi sine labore manuum. Vnde pater, q̄ gl. illa non est ad propositum.

Ad SECUNDVM dicendum, quod in omnibus operibus que tangit obiectio, distinguendum est, quia uel possunt esse quasi publica opera, uel priuata. Loquitur autem Augustinus de illis operibus spiritualibus, secundum quod sunt opera priuata, Intelligit. n. de orationibus & cantibus priuatius, nō de his quæ in ecclesia solemniter celebrantur, qd patet ex hoc qd dicit, q̄ possunt simili qui manib. operantur, diuina cantica cantare, quod non esset conueniens, si de horis canoniciis intelligeretur. Similiter quod dicit de lectionibus, loquitur de illis qui uacant lectioni ad consolationem propriam captum, sicut in monasteriis monachi faciunt, nō aut de illis quorum vita studio scripturarum depatur ad suam, & aliorum iastructionem. Non est enim dubium quod per laborem manuum studiū impideatur. Similiter quod dicit de prædicione, intelligendum est de illis qui non publice prælicant, sed aliqua uerba adiutoria hominib. ad ienientibus loquuntur, sicut sancti patres in cremo facere consueuerunt, & hoc pater ex ipsi uerbis supra induxit, unde et dicit. Si sermo etrogans est &c. quia ut dicit gl. Corin. 2. super illud. Sermo meus, & prædictio mea, sermo est qui priuatum siebat, sed prædictio quæ siebat in communī.

Ad TERTIVM dicendum, quod decretum iuritur de illis clericis, quibus non sufficiunt oblationes & elemosynæ, quæ eis a fidelibus sunt, uel ecclæ facultatis. Eadem enim ratio est de illis qui viuunt de facultatis ecclæ, & de illis qui viuunt particulariter de elemosynis, quia facultates ecclæ elemosynæ sunt, & ad sustentationem pauperum dantur. Vnde dicit gl. super illud Iaia 3. Et rapina pauperis in domo uestra. In dominibus principiis rapina pauperum est, dum ecclæ opes sibi thesaurizant, & in delitiis abutuntur, quæ ad sustentationem pauperum dantur. & de hoc habetur 12.q. 1. propter quod etiam dicitur 3.q. 2. Sacerdos. Quod sacerdos cui dispensationis cura commissa est, cum laude pietatis accipit a populo dispē sanda, & si deliter dispēsat accepta, quia omnia sua aut reliquit parentibus, aut distribuit pauperibus, aut ecclæ rebus adiūxit, & se in numero pauperū

F paupertatis amoris constimuit, ut vnde pauperibus subministrar, inde & ipse tamquam pauper voluntarius uinat. Et sic patet, quod clerici qui de ecclæ rebus viuant, candem rationem uenidi cibabit, sicut illi qui facultatibus carentes de elemo nis vident, quæ sunt corporalibus potiores.

Ad III. dicendum, q̄ gl. illa nō imponit nec statim his qui sua relinquunt, vt manib. operari, sed ostendit quodam bonum quod facere posuit, qui sua relinquunt, ut ex manu laboris acquirant, vnde sibi prouident, & elemosynas aliis faciāt; nec tñ per hoc excluditur quin ēt bene faciat, si manibus non laborantes spiritualibus elemosynis vident, quæ sunt corporalibus potiores.

Ad V. dicendum, q̄ illius rōnis prima fallat. Non n. qui facit contra statutum Papæ et hec enī, nisi forte credat Papæ non ecclæ obediens, in de cuncto dicitur. Qui Romane ecclæ priuilegium ab ipso sumum oīum ecclænam capite tradiū auferre conatur, proculdubio in heresim labuntur: priuilegium autē prædictum consistit in hoc, q̄ ei dēt ab omnibus christianis obediū. Similiter et minor est falsa: non enim est contra statutum ecclæ, quod aliquis mendicet, uel leui statu egestatis ponat: sed hoc est contra statutum ecclæ, si ab eis qui facultates ecclæ possident, eorum necessitatib. non prouideret. Vnde hec iuxta uerba capituli iudicūt. Ex quibus rebus ecclæ episcopi & dispensatores carum, omnibus comuni uita degere uolentibus ministrare cuncta necessaria debet, prout melius poterunt, ut nemo in eis engens inueniatur.

Ad VI. dicendum, quod illi qui religant omnia, nihil sibi referuantur, nec manibus operantes, non propter hoc discrimini se exponunt, quia deuotio fidelium tanta probabilitate attinatur & experimento discitur, quod eis in necessariis prouidet. Nec et tēst Deum, quia ipse promulgo men do corda aliorum eis in necessitatib. prouidet, ut patet Matt. 6. & quadam gl. dicit Luc. 8. Tanta prædictori dēt esse fiducia in Deo, ut præsentis uita sumpus, & si non prouideat, sibi ramen non defutura certissime feciat, ne dum occupat mens ad pala, minus p̄dicit aeterna. Similiter, si alijs effriter armatos q̄ desidereret, & aliqua cā arma deponeret, nō tētare Deū: si autē cā solus, uidetur tētare Deū, nisi forte interiori inspiratione fecurus esset de diuino auxilio, sicut beata Martinus dixit. Ego signo crucis non clypeo protectus aut galea hostiam cū neospenetrabo securus. Similiter videtur esse Dei tentatio, si aliquis inter fideles, vel homines infospitales de necessariis viētus sibi nō prouideret. Vnde dicit gl. Luce 22. super illud. Qui habet facultatem tollat. In hoc nobis datur exemplum, ut non numquam causa instante quedam de nostri positivi rigore sine culpa intermittere possumus, ubi gratia: Si per in hospitales regiones iter agimus, plura via iusta licet portare, quam domi habemus: & tamen in deserto aliqui sine labore manuum fluentati sunt pane diuinitus misiti, vt in viis patru legitur: sed priuilegia paucorum non faciunt legem communem.

Ad VII. dicendum, q̄ hoc q̄ Apostolus laborauit, cum posset de euangelio uiuere, sicut superecclesiastis, ut patet 1.ad Cor. 9. & ideo aii prædicatores non tenentur cum in hoc imitari. Scindum tamen q̄ prædictor aliquando bene faceret non accipiēdo sumptus ab his quib. prædictat, sed de labore manuum uiuendo, in casib. illis, in quibus Apo

stolus

## QVODLIBET. VIII. ART. I.

52

stolus laborabat, ne scandalizaret eos quibus prædicabat, qui propter auaritiam dare sumptus grauabantur, & hanc causam ponit secundæ ad Thesalonici.tertio. Nocte ac die laborantes, ne quem uestitum grauaremus. Item, ut suo exemplo alii ab otio retraherentur: unde ibidem scribitur. Non quas nos non habuerimus potestatem, sed ut no[n]met ipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Item, ad reprehensionem rapacitatem pseudoapostolorum. Vnde dicit secunda ad Corinthi. vndecimo. Quod autem facio, & faciam, ut anputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, tales inueniantur sicut & nos. Ali quando autem male facerent prædicatores, si laborebus manuum se implicarent, si scilicet, per laborem a prædicatione retraherentur. Vnde dicit gloss. Luca decimo octauo. Cauendum est prædicatori, ne dum occupatur mens ad temporalia, minus prædicet aeterna. Ideo dicit Augustinus in supra dicto libro, quod Apostolus dum esset Athene, ubi oportebat cum quotidie predicare, non operabatur manibus, quod postea fecit ueniens Corinthium, ubi Iudeus predicabat solo die sabbathi. Prædicatoribus n. non solum necessarium est ut habeant tempus liberum ab occupationibus, in quo prædicent, sed etiam in quo studeant, cū non habeat scientiam ex infinitione, sicut Apostoli, sed continuo studio. Vnde dicit Gregorius in pastorali expones illud Exodi 25. Veates semper erunt in circulis &c. Veates, inquit, semper erunt in circulis, quia nimis necesse est ut qui ad officium prædicationis excubant, a sacra lectionis studio non recessant.

**D** AD OCTAVVM dicendum, q[uod] per actionem inteligitur ibi non solum opus manuale, sed oīa quæ ad actiuan vitam pertinent. Sollicitudo autem quæ exhibetur a prædicatoribus circa eos qui prædicant, ad actiuan vitam pertinet.

Rationes in contrarium concedo, tamen ultima inducitur præter intentionem. Glosa n. dicit, sacerdotia negotia esse quæ sunt causa pecuniae colligendæ sine opere manuali, ut per mercationem, & huiusmodi, a quibus se debent serui Dei penitus abstinere.

Finis septimi quodlibeti.

## INCIPIT QVODLIBET OCTAVVM.

### QUAESTIO PRIMA.

**V**AESTIO nostra circa tria uestatur. ¶ Primo, Circa ea quæ pertinent ad naturam. ¶ Secundo, Circa ea quæ pertinent ad culpam & gratiam.

¶ Tertio, Circa ea quæ pertinent ad poenam, vel gloriam.

¶ Circa primum quærebatur.  
¶ Primo, De pertinentibus ad naturam creatam.  
¶ Secundo, De pertinentibus ad naturam incretam.  
¶ Circa naturam incretam duo quærebantur.  
¶ Primo, An senarius numerus, secundum quem oīs creature dicuntur esse perfectæ, sit creator, vel creature.  
¶ Secundo, De rationib. idealibus, quæ sunt in me

A te diuina, utrum per prius respiciunt exemplata. creaturas ratione suæ singularitatis, vel ratione naturæ specificæ.

### ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum senarius prædictus sit creator.

**A**D PRIMUM sic proceditur. Vnde detur, quod sensus 4.4.2.1. narius prædictus sit creator. Remota n. oī creature, perfectio nō remanet nisi in creatore; sed remota omni creature facta in operibus sex dierū, remanet perfectio in numero senario. Vnde dicit Augustinus super Genesim ad literam. Itaque si ista nō est sensus, opera sex dierum, perfectus ille esset. sed senarius: nisi autem ille perfectus esset, ista fūi eum, p[ro]feta non fieret. ergo senarius numerus est creator.

Sed dicebat, quod Augustinus loquitor de senario quantum ad ideam senarii, quæ est in mente diuina. Contra. Sic ut remota omnibus creaturis remanet perfectio in idea senarii numeri, ita remanet idea lapidis in mente diuina. ergo in hoc non habetur senarius numerus aliquam prominentiam ad lapidem, quod tamen uidetur esse contra intentionem Augustini.

¶ Prat. Illud quod est permanētus oī creature, nō est creatum, sed creator: senarius autem numerus est permanentior cælo & terra, quæ tamen uidentur esse permanentissime creature, unde Augustinus dicit 4. super Gene. ad literam. Facilius est cælum & terram transire, que secundum senarium numerum fabricata sunt, quam effici posse ut senarius numerus non suis partibus compleatur. ergo senarius numerus non est creature, sed creator.

**S**ED CONTRA. Creaturis perfectio non consistit ex partibus, nec est in eo aliquid habens partes: sed sicut dicit Augustinus in eodem lib. Inuenimus senarium numerum esse perfectum ea ratione quod suis partibus compleatur. ergo senarius numerus non est creator, sed creature.

**R**ESPON. Dicendum, quod secundum Antiken in sua metaphysica, triplex est alius naturæ consideratio. Una, prout consideratur secundum esse quod habet in singularibus, sicut natura lapidis in hoc lapide, & in illo lapide. Alia uero est consideratio alius naturæ secundum esse suum intelligibile, sicut natura lapidis consideratur prout est in intellectu. Tertia uero est consideratio naturæ absolute prout abstrahit ab utroque esse, secundum quam considerationem consideratur natura lapidis, vel cuiuscumque alterius, quantum ad ea tantum quæ per se cōpetunt tali naturæ. Harum quidem trium considerationum duæ semper uniformiter eundem ordinem seruant. Prior n. est consideratio alius naturæ absolute, quā consideratio eius secundum esse quod habet in singularibus: sed tertia consideratio naturæ, quæ est in eo esse quod habet in intellectu, non semper habet eundem ordinem ad alias considerationes. Consideratio n. naturæ secundum esse quod habet in intellectu, qui accipit a rebus, sequitur utrāque aliarum considerationum. Hoc n. ordine scibile præcedit sciām, & sensibile sensum, siue & mouens motum, & causam cauatum: sed consideratio naturæ l[ogic]i esse quod habet in intellectu causante rem, præcedit alias duas considerationes. Cum n. intellectus artificis adiuuenit aliquam formam artificiati, ipsa natura, seu forma artificiati in se considerata, est posterior intellectu artificis, & per consequens etiā area sensibilis, quæ talem formam.

Quodlibet. S. Tho. G 4 uel